



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatus De Officiis, Electionibus, Dignitatibus, Et  
Beneficiis Ecclesiasticis**


**Coras, Jean de**

**Colonia Agrippina, 1596**


**VD16 C 5049**


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63394)



M 1 Th. 4837.  
35.





TRACTATUS DE  
**OFFICIIS,**  
ELECTIONIBVS,  
DIGNITATIBVS, ET  
BENEFICIIS ECCLE-  
SIASTICIS.

AUTHORE

D. Ioanne Corasio Tholosano

I. V. D. celeberrimo.


*lib. Coll. Sac. Theol. Paderb. a. 1619. ex stat. J. Mohr. synd. ibid.*  
In quo pleraque de Postulationibus, Nomi-  
nationibus, Iure patronatus, &c.  
atinguntur.

*Accesserunt Indices : duo vnus argumentorum,  
alter rerum insignium.*



COLONIAE AGRIPPINAE,  
Ex Officina Ioannis Gymnici, sub Monoce-  
rote, Anno M. D. X C VI.

*Cum gratia & Priuileg. Cæs. Maiest.*



ILLVSTRISSIMO  
PRINCIPI, ET REVEREN-  
DISSIMO DOMINO, D. CAROLO  
A LOTHARINGIA, SACROSANCTAE

*Romanae Ecclesiae Cardinali dignissimo,*

*Ioannes Corasius Tolosus*

S. D.



OLERTES linearis pictu-  
rae artifices, Princeps illu-  
strissimè, priusquam colo-  
ribus penicillo suo rem ab-  
solute depingant, lineas  
quasdam ad umbram duce-  
re solent, quibus suum inge-  
nium experiri, & si quod  
erratum animaduertant, corrigere, atque emen-  
dare, nullo famæ periculo possint. Quorum ex-  
emplo, cum iuris vniuersi scientiam, cognitu nõ  
tam difficilem, quam à barbaris quibusdam nunc  
fit hominibus, in artis formam rationemque re-  
digere instituissem: ab ea primum parte lineam  
ducere volui, in qua si quicquam me promouisse  
docti iudicarent, facile animum inducerem, in  
reliquis aliquid ingenium posse meum, simulat-  
que erratis meis, (neque enim ego is sum, qui me  
falli non posse putem) impetrarem non difficul-  
ter veniam: si in eo videlicet peccarem, quod ad  
ipsis etiam authoribus confuse, prolixè, verbo-  
seque, ac nulla dicendi arte adhibita traditum  
est, vix enim, vt ille dicebat, ea res ratione regi  
potest, quæ neque consilium in se, neque modum  
habet vllū. Cum itaque viderem beneficiorū ma-  
† 2 teriam,



## EPISTOLA

teriam, interpretum præsertim impostura, nullam ordinis, aut methodi rationem habere: eiusdemque explanationi, multiplicibus, atque inexhaustis commentariorum farraginibus, plus tenebrarum, quàm lucis accedere: ad communem studiosorum utilitatem placuit, diffusa ea in re, ac dissipata, generatim diducere, generumque veluti membra dispertire, & in suas quæq; classes reijcere, summis ipse rei capitibus cõtentus, ac præcipuis regulis, hac via futurum sperans, ut non modò commodius doceri, ac percipi, sed etiam facilius memoria comprehendi, tenerique possint. Qua in re fateor, nullum me florem occasionis sequutum: alijs enim vocabulis, quàm quæ in Pontificio iure leguntur, mihi Pontificum leges tractanti, ac de sacerdotijs dicturo, uti, religio semper fuit. Pontificia tamen verba non omnino barbarè contexui, quò studiosi pernoscerent, sacros quoque canones, purè, concinnè atque aliqua cum arte tractari posse. Neque verò ignoro institutum hoc meum infulsis & rancidis nostri ordinis hominibus, incomptè, confuseque omnia tractantibus, aut potius perturbantibus, invidiosum fore: (Afino quippe cum lyra, ut dici solet, nec quicquam est commercij.) At eos ego meo iure contemno. Atque ita me Christus amet, valde mihi bene placeo, quòd illis displiceam. Maiora certè meis viribus conatum me nūquam diffitebor, ac proinde magnitudini susceptæ rei vix facturum satis. Cæterum hoc ipso nomine vituperandus non sum: quin potius mihi videor laudem aliquam promereri, quòd rem pulcherrimam, & iuris studiosis apprimè utilem, tentaverim. Id autem quidquid est, in testimonium meæ erga te observantiæ, tibi quanquam principi, in

## DEDICATORIA.

pi, in principisq̄ue Christianissimi rebus, prudentissimè tractandis occupatissimo, suppliciter dare, citareq̄ue volui, non quia te dignum, sed quia tu (principum, nobiliumq̄ue virorum optime, doctissimeq̄ue) dignus es qui præstantissimis quibusuis ornamentis, & muneribus, diu multa cum felicitate perfruare. Quare si turbulentam, & salebrosam beneficiorũ materiam, aliquanto luculentiorẽ, magisq̄ue peruiam, meo labore reddiderim, tibi vni acceptum ferre debent iuris studiosi. Mecum verò præclare actum putabo, si hũc nostrum qualemcunq̄ue libellum, dignitati tuæ non displicuisse intellexero, tantoq̄ue beneficio abundè cumulatus, ad maiora animosè pergam. Breui, Christo maximo duce, & auspice, Iuris ciuilis artem, quam iamdiu multa cura parturio, magno vt spero Reipub. bono pariam. Benè. vale princeps illustrissime, & Iohannem Corasium, maximum tuæ virtutis admiratorem tua gratia dignum puta.

Valentiæ Allobrogum pridie Calend. Aug.

1548.

† 3

ELO.

ELOGIUM DE AV-  
CTORE, ET EIVS PRAE-  
SENTI AVREO OPV-  
SCYLO.

**E**cclēsiastici cupis si maximam  
Nouisse partem Iuris, ipsam scilicet  
Beneficiorum originem, causas, statum,  
Effecta, naturamq̄, lege Corasium:  
Non pœnitebit, doctus est, & eloquens,  
Et cuncta tibi primis dat hîc de fontibus,  
Cum moribus nostris vetustæ Ecclesiæ  
Mores, Canonicis cum statutis seduld  
Ciuium momenta legum conferens:  
Prolixa breuiter, ordinatè incongrua  
Tractans, superfluere nihil dici & queat,  
Sed nec deesse: hærent catenata omnia;  
Sermo Elegantia elegans ipsa est magis.  
Non testimonio est opus, licet frui,  
Vbi licet tibi, ipse fac periculum.  
Namq̄, vt facile possis, laborem hunc Gymnicus  
Sumpsit, bono non degener natus patri.

INDEX

# INDEX CAPITVM.

Cap. 1.	De totius tractatus partitione, & vario beneficio nomine.	pag. 1
2	Quid sit beneficium.	3
3	Hospitalia, leprosariorum, & alia id genus, an beneficij verbo veniant.	8
4	De pensione.	8
5	De beneficijs curatis, simplicibus, Electiuis, Collatiuis, regularibus, secularibus, alijsque speciebus beneficiorum.	14
6	De beneficijs datis in titulum, & in commendam.	pag. 18
7	De non conferendo viuentis beneficio.	22
8	[De vacatione per mortem, & simplicem renuntiationem.	25
9	De renuntiatione, que fit ex causa permutationis.	pag. 32
10	De depositione, & Assequutione secundi beneficij & reliquis modis vacationum.	35

## Partis secundæ tractatus.

Cap. 1.	De Romano Pontifice, eiusque vicegerente.	pag. 39
2	De consilio.	44
3	De legato à latere.	46
4	De inferioribus ordi.	50
5	De quasi possessore conferendi.	53
6	De sequestro.	55
7	De capitulo sede vacante.	56
8	De vicario Episcopi.	58
9	De executore.	61

## Tertiæ partis Tractatus.

Cap. 1.	De clericatu.	62
2	De spurijs non promouendis.	65
3	De	

INDEX CAPITVM.

3	De etate beneficiariorum.	66
4	De coniugatis, & bigamis.	71
5	De scientia.	72
6	De corporis, & animi vitijs.	78

Quartæ partis Tractatus  
sequuntur.

Cap. 1.	De collatione.	86
2	De postulatione.	95
3	De electione.	101
4	De nominatione.	110
5	De mandato.	136
6	De presentatione, seu iure patronatus.	155

FINIS.

TRACTA

# INDEX

## RERVM MEMORABILIVM QVAE IN HOC TRAC.

de Officijs, Electionibus, Dignitatibus, & Beneficijs Ecclesiasticis continentur.

	ad postulationē, n. 16. 99.	
<b>A</b> bbas elegi potest, nu. 14. 99	Assentatores taxantur, nu. 4. 41	
<b>A</b> bbatis, & Abatis, & Abbatissae ætas, num. 7. 69	Attestationem, & nominationum necessaria, num. 42. 125	
<b>A</b> bbates exempti Ecclesias plenè habent, nu. 5. 43	<b>A</b> uditor confert beneficiū, nu. 5. 60	
<b>A</b> bbatia est dignitas, 102	<b>A</b> uditoris potestas, cod. 81	
<b>A</b> ccusatio nō priuat quem honoribus, nu. 9	<b>A</b> rtes quas callere debent clerici. 74	
<b>A</b> cquisitio iuris patronatus num. 3. 156	<b>B</b>	
<b>A</b> ctus suæ causæ commensurandus, 18	<b>B</b> aptismalis Ecclesia, num. 22. 118	
<b>A</b> ctas idonea in beneficiis, num. 1. 62	<b>B</b> eneficia vacare quæ dicantur, 42	
<b>A</b> fficitur multis modis beneficium, nu. 41. 150	<b>B</b> eneficia generalia & secularia quæ, nu. 5. 16.	
<b>A</b> lienatio voluntaria, & necessaria, num. 11. 52	<b>B</b> eneficia iure communi secularia, nu. 6. cod.	
<b>A</b> nnata quid, nu. 53. 132	<b>B</b> eneficium curatum, & simplex quid, nu. 1. 15	
<b>A</b> nimi destinatio in nuptiis attenditur, 38	<b>B</b> eneficium quodeunq; residentiam requirit, num. 11. 15	
<b>A</b> nnullatio actus an sit pœna, nu. 26. 144	<b>B</b> eneficia duo etiā simplicia, nemo tenet, nu. 2. 15	
<b>A</b> postata, inhabilis ad beneficia, nu. 22. 85	<b>B</b> eneficij verbo quando curatum veniat, nu. 3. cod.	
<b>A</b> rchidiaconus an habeat dignitatem, nu. 5. 103	<b>B</b> eneficia mixta quæ, 17	
<b>A</b> rumentum de electione, 17	†	benefi-

I N D E X.

beneficium vacans promit-	47,	152
ti potest, nu. 6,	24	beneficia suppressa, n. 48. 151
beneficium nondum sepul-		beneficium monoculum, n.
to clerico an conferatur,	49,	cod.
nu. 8,		beneficia in nominationib.
beneficiū intra quod tēpus		exprimenda,
debeat conferri, n. 8. cod.		beneficiū non possessum, an
beneficium quandoque nō		debeat exprimi, n. 48, 128
vacat morte, nu. 3.	26	beneficium pro gratia, nu.
beneficium de mensa præ-	5,	5
lati, nu. 4,	26	bursales Papæ constitutio-
beneficio quis possit renū-		nes Galli rejciunt
tiare, nu. 5,		cod. beneficij qualitas an expri-
beneficium viuentis nō cō-		menda, nu. 56. 128
ferunt,	22	beneficium seindere ex cau-
beneficia electiva & colla-		sa licet, nu. 11, 131
tiva quæ, nu. 8,	17	bigamus beneficiorum in-
beneficij multiplex accep-		capax, nu. 3, 71
tio, nu. 2.		bigamus quis, nu. 3, 7
beneficium in malam par-		
tem quando accipiatur,		
nu. 3,	13	<b>C</b> anonicus qua etate
beneficiū pro gratia, n. 5.	16	suffragiū ferat, nu.
beneficium pro sacerdote		5. 68
accipitur, nu. 6.	cod.	causæ pensionis constituē-
beneficium quid, nu. 1.	4	dæ, nu. 12, 13
beneficium an ius spiritua-		capitulum succedit in ne-
le, nu. 2,		cessarijs, nu. 3, 57
beneficium non pacificum,		cod. capitulum sede vacante, cō-
nu. 56.	131	mendat, nu. 4. 58
beneficium tripliciter affi-		capitulum administratore
citur, nu. 11,	21	constituit, nu. 4, ibi.
beneficia comprehensa mā-		capitulū sede vacante autho-
dati, nu. 46,	151	ritatē præstabat permuta-
beneficij verbo in ziora ve-		tioni, nu. 6. 34
niunt, u. 4,	5	capitulum cum Bertholdus
beneficia mandatis non cō-		expositum; 55
prehensa, nu. 24.	111	capitulū nominatione grā-
beneficia noua creata, n. 47		uatur, nu. 35. 123
		capitulo non fit nomina-

I N D E X.

nationis insinuatio, nu. disponit, nu. 11, 7  
 37, 123 clerici luxu perdit, nume.  
 capitulo primo de electio. 12, cod.  
 in extranagan. expositū, clericus vitiis carere debet,  
 nu. 24, 95, nu. 1, 79  
 cardinales Papā eligunt, 26 clericus cum Ecclesia non  
 cardinalis an postuletur, n. contrahit, nu. 11, 98  
 12, 99 clericus qui scienter viuen-  
 cardinalium dignitas, eod. tis beneficium impetrat,  
 cardinales pars corporis pa- adulter infamis fit, n. 2, 23  
 pæ, nu. 13, cod. clericatus non ræsumitur,  
 cardinaliam collegium nō nu. 4, 64  
 confert, nu. 4, 24 clericatus scripto proban-  
 cardinalis eligitur, cod. dus, nu. 5, cod.  
 cardinalium indultum, nu. clericatus probatio, eod.  
 34, 123 coadiutor qualis dandus, n.  
 castimonia præsumitur, 72 8, 81  
 cathedralis, & collegiata ec- coadiutor solus quandoq;  
 clesia, nu. 4, 68 confert, nu. 10, 52  
 cathedralis prouisio ad quē coadiutor quando dari poss  
 spectet, nu. 2, 30 fit, nu. 5, 24  
 christiana admonitio, num. cæsar quo die interemptus,  
 11, 70 nu. 4, 4  
 christus Petrum sub condi- collatio sub conditione an  
 tione eligit, nu. 25, 108 fiat, nu. 5, 83  
 clandestini actus suspecti, collatio fieri potest sub cō-  
 nu. 7, 90 ditione q̄ tacitè inest, ibi.  
 Celestini papæ impruden- collatio intra sex menses fa-  
 tia, nu. 27, 144 ciunda, nu. 6, cod.  
 clausula communiter, vel collatio fructus, nu. 22, 161  
 diuisim, nu. 36, 123 collatio occultè facta valet,  
 clausula motu proprio, nu. nu. 8, 90  
 28, 146 collatio an palam fieri de-  
 clausula anteferri, n. 26, eod. beat, eod.  
 clausula si pro alio, nu. 16, 83 collatio coram testibus fic-  
 clausula decreti, nu. 23, 146 ri debet, nu. 9, cod.  
 clausulæ à Gallis non rece- collatio prior an posteriore  
 pæ, nu. 4, 165 impediatur, nu. 64, 133  
 clericus de fructibus non collatio quid, nu. 2, 28  
 t 2 collatio



I N D E X.

collatio simoniaca, nulla	cendi, nu. 27.	85
ipso iure, nu. 3.	eod.	
collatio facta nominato, an	irregularis, nu. 28.	eod.
necessaria, nu. 38.	120	
collatio nulla an confirme-	lium confert, nu. 26.	120
tur.	90	
collatio beneficij est dona-	ne nō necessaria, n. 18,	101
tio, nu. 1.	56	
collatio illiteratis fit nulli-	at, nu. 3.	56
ter, nu. 3.	74	
collegij consensus commu-	38.	151
niter præstāndus, n. 11.	105	
collegio beneficium nondū	ficia, nu. 1.	71
vacans confertur, n. 3.	23	
collegiata Ecclesia,	68	
columba Spiritus Sancti oc-	consuetudo in prouisione	
cisa, nu. 10.	104	51
commendari quando dica-	correctio quando vitanda,	
tur beneficium, nu. 3.	nu. 59.	134
commendare quid, & com-	crimina quæ priuant ipso	
menda quando fiat, nn.	iure, nu. 13.	83
4.	eod.	
communiois utilitas,	49	
commenda non est titulus,	num. 5.	26
commendis hodie quomo-	do utamur, nu. 6.	eod.
comenda quando vacet,	19	
commēda hodie est titulus,	nu. 7.	21
commendarij quid possint,	nu. 8.	eod.
commenda, an iudicat re-	seruationem, nu. 16.	43
concilium nō est, nisi Papā	præsit, nu. 3.	45
concilium generale an con-	ferat, nu. 1.	ibi.
concupinarij beneficijs ar-		12.
		91
		deuo-

D

Decreti liber quando editus, 137

Deformatas quādo promotionem impediāt, nu. 5. 78

Dignitas Ecclesiastica, nu. 2. 102

Dignitates electiuae quæ, nu. 9. 17

Dispensationum materia o- diosa, nu. 4. 16

delictum antecedēs ad pœ- nam, nu. 2. 36

delinquens renuntiat bene- ficio, nu. 1. ibid.

deuolutio ad quem fiat, nu. 12. 91

I N D E X.

deuolutio fit cum onere, . . .	ter prouidetur, nu. 1.	96
nu. 16.	118	Electus an habeat ius, & no-
deuolutio annullat collatio-	men episcopi, nu. 7.	37
nem, nu. 65.	135	Eligere quis possit, n. 12.
deuolutio nō fit de vicario,	Electio quando per procu-	105
ad Episcopum, nu. 7.	ratozem, nu. 13.	ead.
Deus ignorantes nō punit,	Electores non variant,	97.
nu. 5.	72	Eligere qui prohibeantur,
dispensationes restringen-	nu. 14.	105
dæ, nu. 4.	16	Eligendo delinquētes, quā-
E	do priuentur, nu. 19.	106
<b>E</b> lectores imperij an	Eligi qui prohibeantur, nu.	
renuntiationem ad	21.	107
mittant,	31	Eminens scientia quæ, nu.
Ecclesiæ verbo, an Episco-	7.	75
patus, & Abbatia veniat,	Errores vnde fluant,	41
42	Epilepticus cur non pro-	
Electio an fiat sub cōditio-	moueat, nu. 6.	78
ne, nu. 24.	108	Episcopatum rousio ad
Electio clandestina an va-	quem spectet, nu. 6. ibid.	
leat, nu. 26.	ibid.	Episcopatus non vacat ad-
Electio non tantum iuris,	ptione beneficij, nu. 8.	38
quàm collatio tribuit, n.	Episcopi beneficia quando	
27.	ead., vacent, nu. 6.	ead.
Electio quid, nu. 1.	102	Episcopo asserenti causam
Electio an sit ordinis, num.	non creditur, nu. 14.	15
18.	106	Episcopus cuius ætatis esse
Electio per abusum secula-	debeat, nu. 4.	114
ris potestatis, nu. 20.	ead.	Episcopus, ante administra-
Electio tribuit ius,	99	tionem confert, nu. 8.
Electio fructus, nu. 23.	162	Episcopus an sine coadiu-
Electio nū solennia, n. 9	104	tore conferat, nu. 9, ead.
Electorum ignorantia quā-	Episcopus an cum illegiti-	
do profit electo.	107	mis dispenset, nu. 5.
Electiua beneficia quæ di-	Episcopus an solus confe-	
cantur, nu. 12.	43	rat beneficia, nu. 6,
Electiuæ dignitates non va-	Episcopus accusatus an cō-	
cant in curia, nu. 9.	42	ferat, nu. 13.
Electiuis beneficiis triplici-	Episcopus depositus, epis-	
	† 3	copi

I N D E X.

Episcopi iura exercet, numer.	Fructus clericus non facit
13.	cod. suos, nu. 10, 6
Episcopus carnalis affectus,	Fructus possessorem sequi-
nu. 4,	138 tur, nu. 2, 53
Episcoporum ætas, nume.	Fulminare processum, nu.
69	55, 153
Episcoporum dignitas,	Fundare quid, nu. 12, 62
102	Factam à maiori parte at-
Excommunicatus non pōt	tendendum, 79
elig, nu. 22,	107
Excommunicatus an eligat	
nu. 16,	106
Executor quādo habeat iu-	
risdictionis exercitium,	
nu. 22.	94
Executor quando conferat,	
nu. 1,	61
Executor non reseruat, nu.	
2.	cod. 54, 133
Executor duplex, numer. 5,	Galli soli pragmaticam re-
138	ceperunt, nu. 12, 6
Exprimenda in mandatis, n.	Galli mandata generalia re-
36,	148 cipiunt, nu. 58, 156
Exterus in Gallia non habet	Gallorum de commendis
beneficium, numero 12,	usus, nu. 10, 6
76	Gallorum Ecclesia, pragma-
	tica recipit, numero
	15, 43
	Gratiæ verbo, 116
	Gratia quando dicatur in-
	formis, nu. 21, 94
	Gratia ante vacationem, cō-
	ditional, nu. 11, 116
	Gratia tertia quando effe-
	ctum habeat, numero 19,
	142
	Gratiam an capitulum faci-
	at, nu. 7. 97

**F**acultas non nominat  
nu. 31. 122  
Falsarius literarū Pa  
pæ, nu. 23. 85

Forma mandati, an substan-  
tialis, nu. 33. 146

Fructus beneficij vacantis,  
seruatur successori, num. 6

Grati-

I N D E X.

Gratianus ex adulterio na- 66  
 tus, nu. 3.

Gratificationi quando lo- 134  
 cus, nu. 62,

H

**H**æreticorum iudi- 70  
 ces, quales, nume. 64  
 11.

Hæreticus, ipso iure priva- 84  
 tur, nu. 17, Imperij Electores an re-  
 nuntiationem admittant, 322

Histriones, & mimi, ar- 322  
 centur beneficiis, nume. 10. 83

Homicida dicitur, & qui nō 44  
 occidit, nu. 3, 79

Homicida beneficio non 76  
 priuatur statim, numero 83  
 3. Impubes non est Canoni-  
 cus, nume. 2, 68

Homicida, ipso iure non 83  
 priuatur, nu. 14. Impubes quando capax  
 primæ tonsuræ, numero

Homicidium qualificatum 3,  
 eodem. Indigni ad postulandum,

Homicida an resignare pos- 81  
 sit, nu. 15, cod. nu. 4,

Hora inducit prioritatem, 81  
 nu. 43, 150 7. Infirmas non priuat cle-  
 ricum beneficio, numer.

Hospitalia an beneficij Inquisitorum ætas, nume.  
 verbo veniant, numero 10, 70

1. 7 Insinuatio nominationis  
 Hospitalia an exprimenda, quando facienda, nume.  
 num. 3. 9 60. 133

Hostiensis opinio probata, Infames arcentur benefi-  
 num. 5, 51 ciis, 79

Indigni ad postulandum, 26

I N D E X,

Insinuari an possint capitulo insinuationes,	120	49	co nō damnificatur, n. 12.
Institutio spreto patrono nulla,	162		Laicus cur tenet ius patronatus, nu. 6.
Institutio quid, nu. 15.	91		157
Intrusus quis dicatur, num. 17.		92	Laicus non tractat spiritualia, nu. 5.
Inuestitura propria, & abusiva, nu. 16.		91	Legatus an deroget patrono laico, nu. 33.
Judices sanguinarij admodum nendi,		78	166
Jurisdictionem qui clerici habeant, nu. 6.		75	Legati à latere qui, numero.
Ius ad rem facile perditur, nu. 15.		31	46
Ius ad rem & in re, quando queratur, nu. 14.		91	Legati missi qui, nu. 2. eod.
Ius ad rem effectiuum, nu. 12.		116	Legati nati qui, nu. 3.
Ius patronatus, nu. 2.		156	75
Juris patronatus acquisitio, nu. 3.		156	Legati Cardinales conferunt beneficia, nu. 4. eod.
Ius patronatus quid, num. 4.		eod.	31
Ius patronatus spiritali annexum, nu. 5.		157	Legatus de specialiter commissis non cognoscit, nu. 16.
Ius patronatus cur habeant laici, nu. 6.		5	50
Ius patronatus; spirituale & temporale, nu. 7.		eod.	Legatus Cardinalis quando non conferat, nu. 15. eodem.
Iuri patronatus quandoque non fauetur, nu. 13.		49	Legatus non derogat patrono laico, nu. 15. eod.
Illiterati habent beneficia, nu. 73.			Literarum iustitiæ & gratiæ differentia, nu. 16.
<b>L</b>			Literæ duplicatæ quæ, nu. 61.
<b>L</b> Aici nō tractāt spiritalia, nu. 5.		78	Literæ iustitiæ, gratiæ quæ sint fauorabiliores, num. 4.
<b>L</b> aicus à socio clericali			Literæ testimoniales, nu. 64.
			Literæ monitoriæ, præceptoræ, executoriæ, quæ, nu. 3.
			188
			Literarum triplex forma, nu. 6.
			189
			Literæ gratiæ, iustitiæ, cum secundum quæ, nu. 143
			Literis ad beneficia tacite renunciatur, num. 15. 30
			Litera

I N D E X.

Litera in forma communi,	signatum debetur, num.	
num. 10.	140	67. 135
Literæ dignum arbitramur mandatario fit collatio ne-		
nu. 11.	cod.	cessaria, nu. 5. 58
Literæ facultatis, numero mandatorum origo, nume-		
12	cod.	3. 188
Literæ rationi congruit, nu. mandati forma apud Gal-		
13.	141	los, nu. 33. 146
Literæ si neutri, numero 14. mandatis pluribus Ecclesia		
eodem.		non grauat, nu. 15. 148
Litigiosum beneficium ne mandatorum graua men in		
mo acceptare tenetur, n.	Gallia, nu. 18.	142
69.	155	mandatum generale esse o-
Litigiosum beneficium est	portet, nu. 35.	147
reseruat, nu. 13.	43	mandatum non afficit be-
		neficium, nu. 40. 148
		mandatariis concurrenti-
		bus, quis præferatur, nu.
		42. 150
<b>M</b> aior pars electio-		
ni consentiat, nu.	28.	109
		mandatū an tribuat ius ad
Maior pars quæ dicatur, nu.	rem, nu. 39.	147
29.	cod.	manus Papalis appositio,
maio rem partem consenti-	nu. 14.	43
re quandoque non satis mathæi locus expositus, n.		
est, nu. 6.	97	4. 79
malafides, an possessionem matrimonio vacat benefi-		
quærat, nu. 4.	6	ci um, nu. 9. 38
mandatarius omnibus præ-		
fertur, nu. 23.	111	98.
mandatarius primum va-		
cans acceptare cogitur,	14.	126
nu. 21.	143	mendicantes, quando inca-
mandatarius primo vacans		paces beneficiorum, nu.
acceptat, nu. 59.	155	15. 77
mandata an morte Papæ re-		
uocentur, nu. 54.	153	miracula in humanæ ratio-
mandata quando expirent,		nis exemplum produci
nu. 52.	cod.	non debent, 63
mandatario beneficium re-		mendicantes possunt no-
	nari, nu. 6.	114
		modi

I N D E X.

modi quærendi ius patrona-	Nominatio quid, nu. 8, cod,	
tus, nu. 11,	159	Nominatioes sunt gratiæ,
monachi imperiti, nu. 2, 79	nu. 9.	cod.
monachismus omne vitiū	Nominatio an tribuat ius	
purgat, nu. 4,	66	ad rem, nu. 10,
monachus creatur Episco-	Nominatio ad quæ benefi-	
pus, nu. 14.	77	cia trahatur, nu. 66,
monialis pubes cligit, num.	Nominationibus qui gra-	
15,	31	uentur, nu. 33,
motus proprius quando ni-	Nominatio in quo differat	
hil operetur, nu. 8,	à postulatione, nu. 1,	113
motus proprius quando ni-	Nominatio quando ius tri-	
hil operetur, nu. 29,	145	buat, nu. 2.
motus proprius inferioris,	Nominatos an legatus præ-	
nu. 30,	cod.	judicet, nu. 6,
motus proprius non præsu-	Nominatus an vicarium re-	
mitur, nu. 31,	cod.	quirat, nu. 13,
mulier quærit ius patrona	Nominatus intra quod tem-	
tus, nu. 15,	160	pus petat beneficium, nu.
monogamus, trigamus,	72	15.
mulieres castæ raræ,	cod.	Nominationum substantia-
	N	lia,
		125
<b>N</b> egligentia quando	Numerus pluralis in singu-	
imputeretur, n. 45, 151	larem, nu. 17.	142
<b>N</b> egligentia patro-	Nuptiæ illegitimæ an iudi-	
ni, nu. 30,	164	cant vacationem, n. 10,
<b>N</b> egligens an beneficium	Nuptiæ inter Episcopum &	
acceptet, nu. 17,	117	Ecclesiam, nu. 10,
<b>N</b> obilium prærogatiuæ, nu.	Nominatus non tenetur ex-	
43	126	primere beneficia non va-
<b>N</b> ominandus à Rege, debet	cantia,	146
habere gradum, nu. 5,		
<b>N</b> ominare qui possint, nu.		
27,	121	<b>O</b> fficiū quid, n. 8, 104
<b>N</b> ominatio eur introducta,	<b>O</b> ptio non impe-	
eadem.	dit permutationē,	
	nu. 9,	34
<b>N</b> ominari qui possint, nu.	Ordinarij tres concurrunt	
40,	124	in collatione, nu. 5,
<b>N</b> ominatio ad vacatura,	113	Ordinarius quis, nu. 1,
		50
		Ordina-

I N D E X.

Ordinarius collator quis, n. papæ in beneficiis summa	11,	91	potestas, nu. 1,	40
Oriundus cur in beneficio præferendus, nu. 9.	76	83	parricida priuatur ipso iure, nu. 16.	83
P				
Papa non maior Episcopo, nu. 3,	103	118	parochialis Ecclesia, nume.	1
Papa reuocat gratias, nu. 52,	152	1	partitio totius tractatus, nu.	1
Papa non præsumitur laicis derogare, nu. 34.	166	162	pater & filius vna persona, nu. 20.	162
Papa ius tribuit ad vacatura nu. 1.	21	cod.	pater an filium præsentet, n.	19.
papa sine causa non priuat beneficio, nu. 2.	40	cod.	patria potestas quando nõ spectetur, nu. 21.	cod.
papa pastor, non princeps, nu. 3,	cod.	76	patriæ dulcis amor, n. 10.	76
papa est supra concilium, nu. 2,	26	15	patri testanti de meritis filij non statur, nu. 15,	15
papa non potest quodlibet, nu. 5,	41	42	patronata an sint de reseruatõis, nu. 3,	42
papæ quando non est parendum, nu. 6,	cod.	90	patroni consensus, in collatione necessarius, nume.	10,
papa concurret cum ordinario, nu. 7.	cod.	158	patronus ab Ecclesia alienus, nu. 7.	158
papa Imperatorem deponit, nu. 20.	32	cod.	patronatu laicus, & Ecclesiasticus, nu. 8.	cod.
papa cum quocunque concurret, nu. 63.	132	156	patronus quis, nu. 1.	156
papa omnium doctissimus, nu. 8,	75	160	patroni plures eodem iure fruuntur, nu. 14.	160
papa papatui renuntiat, nu. 6.	27	165	patronatui laico papa an deroget, nu. 32.	165
papa electus non confirmatur, nu. 7.	27	14	pensionem quis constituat, nu. 9.	14
papa quando dicatur conferre,	120	cod.	pensio ad tempus non separatur, nu. 10,	cod.
papa contra Dei legem nihil potest, nu. 4.	74	cod.	pensio an quantitatiue imponenda, nu. 11.	cod.
		127	pensio an exprimat debeat, nu. 46.	127
			pensio	



I N D E X.

Pensio an sit beneficium,	tur, nu. 9.	98
nu. 1.	9	postulantes indignum, an
pensionarius ad quid tene-	priuati ipso iure, n. 15.	99
tur, nu. 2.	eod.	postulatio quid, nu. 2.
pensio beneficio non com-	postulare q. possint, n. 3. eod.	96
mutatur, nu. 3.	eod.	postulatio innititur gratiæ,
pensio an nuptiis perdatur,	nu. 19.	101
nu. 4.	ibi.	postulatio non solemnis, n.
pensio an exprimenda, nu.	20.	eod.
5.	eod.	postulari qui possint,
pensionis finitio, nu. 6.	11	postulationem quis admit-
pensionis cōstituendę mul-	tat, nu. 17.	100
tiplez caussa, nu. 12.	13	postulationum concordia,
pensio in fraudem præsu-	qualis, nu. 5.	96
mitur imposita, nu. 13.	14	possessio secunda, an iniu-
pensionis moderata portio	sta præsumatur, nu. 7.	54
nu. 8.	12	possessio apprehēditur per
periurus beneficiorum in	signaturam, nu. 19,	93
capax, nu. 11.	82	possessio vltima attenditur,
periurium non priuat ipso	nu. 8.	52
facto, nu. 12.	eod.	possesionem intrare cum
permutatio quando præsu-	signatura,	94
matur iniusta, nu. 10.	35	possessor malæ fidei non lu-
permutationis fraus quo-	cratur fructus, nu. 5.	54
modo præsumatur.	eod.	possessorium beneficij, tem-
permutationi an authore-	porale, nu. 8.	6
tur Episcopus spretis pa-	præbenda dupliciter acci-	
tronis, nu. 29.	164	pitur, nu. 4.
permutatio vnde effectum	præceptoriarum Rhodienses, n.	
sumat, nu. 11.	35	2.
permutans nō exprimit be-	preces quando simoniam	
neficia, nu. 8.	35	inducant, nu. 4.
peroratio, nu. 35.	167	presbyteratus literę, ordines
personatus quid, nu. 7.	104	probant, nu. 6.
pœna cōtra ignorantes nul-	presbyteri ætas, nu. 6,	69
la, nu. 24.	144	presentatio a maiori parte
postulantes quando variet,	patronorum, nu. 30.	110
nu. 8.	97	præsentatio fruct <sup>9</sup> , n. 24.
postulari qui prohibean-	præsentatio indigni, n. 31.	165
		præsen-

I N D E X.

præsentatio non fit de ab-	Recredentiam habens, non
sente, nu. 18. 161	possidet, nu. 55. 132
præsentatio, ius ad rem tri-	Regularia regularibus con-
buit, nu. 16. 31	ferenda, 16
præventioni quando sit lo-	Reg. Cancell. de non iudicā-
cus, nu. 7. 47	do, declarata, nu. 23. 94
primiceriatus an dignitas,	Regula de verisimili, an in
nu. 6. 103	ordinario obstat, nu. 8 47
prior cōuentualis habet di-	Regula de verisimili, quan-
gnitatem, nu. 4. 103	do cesset, nu. 9. eod.
prior tempore prior est iu-	Regularia regularibus, nu.
re, 134	51. 152
prioratus cōuentualis qui,	Regularis quando seculari
nu. 8. 69	præficiatur, nu. 13. 77
probitas, regulas iuris mu-	Relatiuum aliquo, n. 50. 152
tat, nu. 3.	Renuntiatio quando in ma-
procurator à quo rectè cō-	nu superioris, nu. 56. 153
stituat, 105	Renunciatur tacitè gratiæ,
procurator in rem suam, nō	nu. 57. 154
reuocatur, nu. 9. 21	Renuntians per procurato-
prohibitum vna via, altera	rem, nu. 8. 28
non permittitur, nu. 8. 34	Renuntians quando benefi-
provisio verbum generale,	cium repetat, nu. 9. eod.
nu. 1. 87	Renūtiatio inutilis, n. 10. 29
pupilli nō sunt capaces be-	Renuntiatio meticulosa va-
neficiorum, nu. 2. 67	let, nu. 11. eod.
	Renuntiatio p̄sumitur spō-
<b>Q</b>	tanea, nu. 12. eod.
Qualitates iure com-	Renuntiatio quando dica-
muni inhærentes, non exprimendæ,	tur simoniaca, nu. 13. eod.
nu. 57. 133	Renūtiatio ex permutatio-
Qualitates beneficiorū ex-	ne permilla, nu. 1. 32
primendæ, nu. 56. 133	Renūtiatio in manu supe-
Quasi possessio conferendi,	rioris faciunda, nu. 14. 30
nu. 1. 53	Renuntiationi quis præstet
	authoritatem, nu. 18. 32
<b>R</b>	Rescripti verba inspiciēda,
Recepto in canonicū præbenda promit-	nu. 22. 144
titur, nu. 4. 23	Reseruatō beneficij odiosa
	est,

I N D E X,

est, nu. 11.	42	Signatura an ad possessionē	
Reseruatō inutilis, non af-		sufficiat, nu. 18.	93
ficat, nu. 14.	cod.	Signatura perficit gratiam.	
Reseruatōis Papa auctoratur		nu. 20.	cod
nu. 4.	41	Simonia non inducitur vo-	
Reuocationem ignorans, si		luntate, nu. 13.	30-
conferat, nu. 9.	61	Simonia in spiritualibus cō-	
Rex Galliarū ad praelaturas		trahitur, nu. 3.	4
nominat, nu. 3.	114	Simoniacus quando hare-	
tes vnita & addita naturam		ticus dicatur, nu. 20.	84
Rex cui adicitur redolet, &		Simoniacus incapax benefi-	
legis Gallorum priuilegiū		cij, nu. 21.	ibid.
Re 8.	S	Specialia duo, an concurrāt.	
6		nu. 25.	120
<b>S</b> acrilegiorum diuersa		85	
pœna, nu. 26.		Spoliatus an teneatur ex-	
8		primere titulū, nu. 48.	145
Sacrilegus beneficii in-		cod. Spoliatio non aufert titulū,	
capax, nu. 25.		nu. 49.	cod.
Sanctimoniam supplet defe-		63	
ctam, nu. 2.		Sponsalia non faciunt vaca-	
Scientia quæ in clericis exi-		re beneficia, nu. 11.	28
gatur, nu. 5.		74	
Scientia, patientia, quan-		Spurius quādoq; Papa crea-	
do pro consensu, n. 28, 164		tur, nu. 2.	66
Scientia in promouēdo ne-		64	
cessaria, nu. 1.		Superior in renuntiatione	
Scientia necessaria incorpo-		quis, nu. 17.	31
ralibus, nu. 6.		73	
Schismaticus quis, nu. 18.		Suspensus non eligit, nu. 17.	
Schismaticus, omnibus be-		105.	
neficiis priuatur, n. 19		54	
cod. Scientia eminens		Suspensus non eligitur. 107.	
Sepultura mortui clerici an		84	
expectanda, nu. 7.		Suspensus ab officio, quan-	
Sequester an conferat bene-		do à beneficio, nu. 29.	86
ficia, nu. 1.		cod. Scientia eminens	74
Sequestri finis, nu. 2.		Stylus curiæ Romanæ,	100
Sequester omnis confert, n.			
3.		T	
Sequester voluntarius & ne-		<b>T</b> aciturnitas quando	
cessarius,		habeatur pro con-	
		sensu, nu. 27.	163
		Taurini vniuersitas.	121
		77	
		Theologalis præbenda cui	
		debita, nu. 19.	118
		cod. Tempus nominatis & gra-	
		duatis,	

I N D E X.

Quatis datum, nu. 18.	117	fert, num. 8.	ead.
Tempus datū patronis ad præsentandum, nu. 9.	158	Vicarius quæ sunt gratiæ nõ explicat, num. 1.	60
Tempus legitimum studij, nu. 41.	125	Vicarius non confert bene- ficia, num. 2.	cod.
Titulus quid, nu. 1.	19	Vicarius an diocesim con- ferat, num. 3.	ibid.
Titulus pœnam nõ irrogat, ou. 5.	36	Vicarius an nominato que- ratur,	114
Titulus coloratus quis, nu. 2.	19	Vicegerens papæ an confe- rat, num. 17.	44
Tonsura confert ordinem, nu. 1.	62	Villa murata quæ, nu. 20	118
Tractatus nõ infert consen- sum, nu. 3.	33	Vitiatus corpore quis, nu. 2.	79
Tutor non profertur pupil- lo, in præsentando, nu. 17.	154	Vnanimiter quid fiat,	97
		Vniuersitas corpus fictum & imaginarium.	110
		Vniuersitas an nominatio- nem reuocet, nu. 39.	124
<b>V</b> acatio beneficij mul- tiplex, nu. 1.	26	Vniuersitas ordinaria po- testate vtitur, nu. 32.	122
Vacationis modus expressus cæteros exclu- dit, nu. 2.	cod.	Vniuersitas cur nominet, n. 28.	121
Vacatio primi, quando ad- emptione secundi, n. 4.	36	Vniuersitates quæ nomi- nant, nu. 29.	cod.
Valor in nominatione ex- primenpue, nu. 52.		Vniuersitas noua an nomi- net, nu. 30.	cod.
Variare quando possit pa- tronus, nu. 10.	158	Vnus actus quando tribuat possessionem, nu. 3.	54
Vacare in aula quæ benefi- cia dicantur, nu. 8.	42	Vsurarius est infamis, num. 24.	85
Vicarij recusatio non deuo- luit, num. 14.	116	Vxor an præferatur marito, in præsentando, num. 16.	160
Vicarius non confert epis- copo, nu. 6.	61	Vxorem marito viuente du- cens, num. 2.	22
Vicarius vicarij vicario cõ-			

FINIS.



TRACTATUS DE  
OFFICIIS, ELECTIONIBVS,  
DIGNITATIBVS, ET BENEFICIIS,  
ECCLESIASTICIS, D. IO. CORASII  
Tolosatis, Iurisconsulti cla-  
rissimi, pars I.

CAPVT I.

De totius tractatus partitione, & vario  
beneficij nomine.

SVMMARIA.

- 1 Partitio totius tractatus.
- 2 Beneficij multiplex acceptio.
- 3 Beneficium in malam partem.
- 4 Casar quo die interemptus.
- 5 Beneficium pro gratia.
- 6 Beneficium pro Sacerdotio.



Xplicabitur cōmodissimè Benefici-  
orū tractatus † quatuor partitionib. R  
Prior, quid sit Beneficium, quotque  
eius species, Et quæ verbo Beneficij  
veniāt. Tum quibus modis præcipuè  
beneficium vacare dicatur, atque de renuntiatio-  
ne, tam simplici, quàm ex causa permutationis,  
necessaria declarabit. Altero membro, quis Sacer-  
dotiorum conferendorum potestatem habeat, ex-  
ponemus. Tertio, quibus conferri Beneficia pos-  
sint. Quarto quibus modis Beneficia concedan-  
tur. Vt non sit illic obscurum videre, quomodo  
primùm per collationem, deinde per postulati-  
onem, tum per electionem, ac demum per nomi-  
nationem, & mandatum: denique per præsentationem

A

tionem

tionem prouideatur. Imitatus quantū potui Her-  
 mogenia. l. naturali, §. fin. ff. de confir. tut. Qui, si  
 queratur de tutore, an ex inquisitione rectè datus  
 sit, quatuor hæc considerari iubet: an is dederit,  
 qui dare potuit: an ille acceperit, cui fuerat dan-  
 dus: An is datus sit, cuius dandi facultas erat: Et  
 an pro tribunali decretum interpositum sit. Ante  
 omnia tamen † illud præfabimur, beneficiū (quo  
 nomine, placuit canonum authoribus sacerdotia  
 vocare) in iure tam ciuili, quàm pontificio, non  
 vna in significatione accipi. Quandoque enim  
 apud Iureconsultos, lex damni, §. quoties, ff. de  
 dam. infect. l. inter omnes ad prin. ff. de furt. lege-  
 re est beneficium, pro opera, & facto alicuius,  
 † rapto etiam in malam partem vocabulo, locuti-  
 one tamen purissimis linguæ Latinæ authorib⁹,  
 non incognita. Cicero enim lib. epistol. 10. ad  
 Treb. † Trebatium increpans, quòd Idibus Mar-  
 tijs quibus Cæsarem interemptum nemo ne-  
 scit. M. Ant. hominem sceleratissimum, & Remp.  
 post Cæsaris mortem diuexantem, ante fores de-  
 tinuisset: donec Cæsar interficeretur, inquit,  
 Quod verò à te viro optimo, seductus est, tuoq;  
 beneficio adhuc viuit hæc pestis, interdum quod  
 mihi vix fas est, tibi subiraſcor. Receptius tamen  
 † vt beneficium pro gratia exhibita, & merito, be-  
 nefactoq; in alium collocato accipiatur: vt cum  
 Thais meretrix Phædriæ adolescenti dicebat.  
 Terent. in Eunucho.

*Quamobrem Phædria*

*Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.*

Et Paul. Iuriscons. l. in commodato, §. sicut, in  
 fin. ff. commod. Gregoriusque Pontifex, c. vnic.  
 in fin. de commoda. adiuuari nos, non decipi be-  
 neficio oportet. Rursus Papi. l. seruus ea lege, ff.  
 de

de ser. expor. beneficio affici hominem hominis interesse dixit. Et Iabol. l. pen. ff. de constit. princ. Beneficium (inquit) quod à diuina principis indulgentia proficiscitur, quàm plenissimè interpretari debemus. Pariter que Bonifac. c. decre. de regul. iur. in 6. Decet concessum (ait) à principe beneficium esse mansurum. Et mox c. indultum, eod. tit. indultum à iure beneficium, nemini est auferendum. Pleni sunt profectò huius generis exemplorum libri, l. 3. ff. de obseq. l. si post mortem, ff. de contra tab. l. in omnibus, 3. ff. de regul. iur. & l. Neratius, eod. tit. vt pluribus immorari superuacaneum ducam. At verò licet tot possint esse beneficij appellationes, quot sunt munera, & gratiæ, à legislatoribus adhibitæ: tamen contracta est quandoq; huius vocabuli significatio: nam in prophanis, beneficium pro Feudo, plerunque usurparunt. c. i. cum similibus, quibus caus. feud. amit. in feud. In sacris verò, & spiritualibus pro t sacerdotio, id que frequentius, & vsitatius, adeò quidem vt iam vulgus nostrum, per Antonomasiam quandam, beneficij nomine, sacerdotia tantummodo intelligat.

## CAP. II.

## Quid sit beneficium.

## SUMMARI A.

- 1 Beneficium quid.
- 2 Beneficium an ius spirituale.
- 3 Simonia in spiritualibus contrahitur.
- 4 Præbenda duplex.
- 5 Laicus procurator in beneficijs.
- 6 Ius patronatus cur habeant laici.
- 7 Ius patronatus, spirituale, & temporale.



- 8 Possessorium beneficij, temporale.  
 9 Fructus beneficij vacantis, seruantur successori.  
 10 Fructus clericus non facit suos.  
 11 Clericus de fructibus non disponit.  
 12 Clerici luxu perdit.

**H**OC itaq; Beneficium, (sic enim deinceps cum nostratibus sacerdotium nūcupabo) sic videtur posse nō malè defini, *ius t̄ esse percipendi fructus, ex bonis Deo dicatis, prouenientes clerico, propter diuinum officium competens.* Quæ definitio, quia totam hanc quæstionem continet, initio nobis exponēda est: sed pingui (quod dici solet) Minerua. Dicimus igitur beneficium ius esse, & id quidem t̄ spirituale, glos. in sum. 2. q. 1. Panor. & Felin. in ca. consulere, de simon. cū contractatur t̄ simoniæ vitium, si pro eo iure obtinendo aliquid temporale detur. c. nemo, cap. Matthæus, c. consulere, & c. ad nostram, de simon. Et simoniam certum sit, non nisi in spiritali causa committi, aut ei annexa. ca. quæsitum, de rer. permut. gloss. c. 1. qu. 1. Nec nos offendat, quod laicus præbendam, atque ita beneficium, c. pro illorum, & c. si. de præbend. habere, gloss. c. cum M. de const. conferre q; gloss. ca. imperium. 10. distinct. nonnunquam possit: recteque procurator constituitur, ad permutandum, & acceptandum sacerdotium, eiusve possessionem apprehendendam. Panor. c. accedens, de præb. Rot. decis. 418. in Ann. Et patronus clericum instituendum, ordinario præsentet. c. cū dilectus, de iur. patro. Cū tamē laicum tractare spiritalia nullo modo posse, notius sit quā vt probatione sit opus. c. decernimus de iudi. c. causamque, de præscript. Nam considerandum est, Præbendā t̄ dupliciter accipi. Primò pro

pro

pro quadam fructuum perceptione, à Canonica-  
tu seiuncta: quæ tametsi de rebus ecclesiasticis  
detur, non tamen ratione diuini officij, sed pro  
labore aliquo temporali, de ecclesia bene meri-  
tis conceditur. c. si. de magist. c. possessiones, 16.  
qu. 1. Aduocato puta, procuratori, aut Syndico,  
ca. quicumque, 12. qu. 2. & d. c. possessiones, quam  
nihil spiritualitatis habentem laicus merito ob-  
tinet. d. c. si. gloss. d. c. cum M. Accipitur & aliter  
vt Canonici coniungitur, c. dilecto de præbe,  
propter diuinum officium competens, c. cum in  
ecclesia, de præben. in 6. quæ ideo beneficij verbo  
continetur. c. pro illorum, & c. si. de præb. Nec à  
laico, vtpotè spiritualium prorsus incapace, ci-  
tra apostolici priuilegij authoritatem, c. dilectus  
3. de præb. c. Adrianus, & c. in synodo, 63. dist. vlla  
ratione teneri: multo quæ minus conferri potest.  
dict. c. decernimus, & d. c. causam quæ. Neque ve-  
rò existimandum est, laicum † ideo spiritualia 8  
tractare, quòd in beneficijs, alijsq; spiritualibus  
negotijs, procurator iure fiat: c. i. de procu. in 6.  
si quidem nudum tantum præbeat ministerium  
procurator. l. mutus, ff. de procur. Proinde eius  
qualitas non attendatur. l. Sulpitius, ff. de donat.  
inter vir. & vxo. Quod autem à supremis Ponti-  
ficibus proditum est, laicos † ius habere præsen- 6  
tandi clericos ordinarijs, d. ca. cum dilectus, sin-  
gulari fauore sustinetur, vt allectentur laici, in-  
uitentur, & inducantur ad constructionem eccle-  
siarum. c. quoniam, de iur. pat. Panor. c. ad aposto-  
licam, de simo. Nec omni ex parte ius patronatus  
† spirituale censerit debet: gloss. c. piæ mentis, 16. 7  
qu. 7. sed temporale potius spirituali annexum.  
Aut vt alij volunt, temporale partim (quia à lai-  
cis possidetur in hæredes migrans) c. quanto, de

iudic. partim spirituale, quia vendi non potest. c. i. de iur. patro. c. querelam, de elect. c. filijs, 16. quæst. 7. Quæ de re suo loco latius. Cur autem iudex secularis, de possessorio beneficij cognoscat, in dubium reuocandum non est, siquidem vsu obtinuerit, & iure verissimum sit, possessoriij causam, non spiritualem, sed t̄ temporalem esse. ca. de iure patro. Nec absurdum videri debet, eiusdem negotij respectu, petitorium, spirituale: & possessorium, temporale censerī: gloss. c. literas de iur. cal. Car. Cle. dispendiosam, de iudi. cū nihil habeat commune cum possessione proprietas. Guid. Pap. qu. i. Versatur porrò hoc ius de quo cœpimus disputare, in perceptione fructuū, vt & finitionis verba demonstrant. Vsq̄ue aded, vt fructus post mortem prouenientes, si non in ecclesiæ vtilitatem conuertantur, l. naturaliter, §. i. ff. de acquir. possess. futuro t̄ successorī debeant reseruari. c. cum vos, de offic. ordi. Non quidem (sic enim, licet cum paucis sentio) vt fructus t̄ suos clericus faciat, c. hæc huius, & c. nō liceat, 12. quæst. 2. c. fin. de offic. ord. in 6. sed vt ex his ad victum sibi ecclesiæque deseruientibus, subministret, quodque superest, Christi pauperibus elargiatur, aut in ecclesiæ vtilitatem conuertat. c. si. vbi gloss. & Panor. de pecul. cler. De his enim t̄ testari, aut inter viuos vllō modo disponere, prohibetur. c. episc. c. nulli, §. si. 12. qu. i. gloss. cap. suscepti, de electi. in extrauag. Ioan. 22. Nisi tanquā procurator, his qui deseruiunt iuxta seruitij meritum, d. c. fin. de pecul. cler. c. relatum, 2. §. licet, de testam. & d. c. fin. in fi. aut alijs moderatè, secundum consuetudinem loci. c. 2. & 3. de dona. Panor. c. cū esses, col. 7. de testa. Et si quid fortè clericus luxu perditus, (quales multos fert ætas nostra)

nostra) ex his profundat, restitutioni obstringitur. Arch.c.1.48. distin. Nam vt Hieron. dicebat, Clerico de altari viuere permissum est, non t̄ luxuriari. dict.c.1. At verò posteriora definitionis verba, (propter diuinum officium competens) significant, nos h̄c prophana non tractare beneficia: sed ecclesiastica, quæ solis clericis, c. cum adeò, de rescript.c.ex literis, de transa. & à personis duntaxat ecclesiasticis, non item à laicis, c.nullus, c.per laicos, c.non placuit, c.laicis, & c. si quis principum.16. qu.2. nisi ex priuilegio, ca. dilectus,3. de præben.gloss. d.c.laicis. purè libereque, hoc est omni spe lucri cessante, & quacunque pactione reiecta, ac sine diminutione, ca. vnt eccle.benefic.c.consulere, de simo.c.si quis dator, c. si quis episcopus, & c. si quis obiecerit, i. q. 3. conferuntur.

## CAP. III.

Hospitalia, leprofariæ, & alia id genus,  
an beneficij verbo veniant.

## SUMMARI A.

- 1 Hospitalia, an beneficij verbo veniant.
- 2 Præceptoriam Rhodienses.
- 3 Hospitalia an exprimenda.
- 4 Literarum iustitia, & gratiæ differentia.

**P**Rædicta autem satis ostēdunt t̄ Leprosarias, & vulgò dicta, Hospitalia (quarum species variæ in iure leguntur) l. illud, C. de sacros. eccles. aliaque id genus, beneficij verbo non significari, Clem. per literas, de præben, etiam si ecclesias annexas habeant, decimasque & alia spiritualia iura possideant. d. Cle. per literas. Atque ideo nec à legato conferri, nec sub nominationi-

- bus comprehendere, gloss. §. si autem illi, de colla. in pragma. nec beneficijs permutari. gloss. §. item quod vniuersitates, eod. tit. Cum laicis committantur, Cle. quia contingit, §. vt autem, de relig. do. viceque tutorum gubernatores eorum locorum administrent, l. orphanotrophos, C. de epis. & cler. obstricti quotannis reddere rationem. d. §. vt autem. Ideoque non beneficium, sed officium habere dicatur, d. l. orphanotrophos. nisi tamen ecclesiastico beneficio vnita essent. ca. super eo, de præben. in 6. (vnita quippe res & addita, naturam eius cui adijcitur, redolet) l. prædijs, §. qui domum, ff. de leg. 3. l. si conuenerit, §. si nuda, ff. de pig. act. Aut religiosis personis deputata, eisdemque solita in titulum conferri. d. Cle. quia, §. præmissa. Sicuti sunt præceptoriarum † Rhodienses: que cum non nisi fratribus Hierosolymitanis, atque ita personis ecclesiasticis conferantur: capitulo dudum, de decis. Panormitanus in Rubri. de reg. beneficijs ecclesiasticis annumerari merito debet.
- 3 Barba. Cle. causam, de elect. Sed & de Hospitali † impetrans beneficium, mentionem facere debet. Feder. Senens. cons. 325. Cum eius expressio Papam retardare, aut saltem difficiliorem redde
- 4 re possit. c. postulasti, de rescr. gloss. d. §. ite quod. Quod accipiendum est in literis † iustitię, in quibus patrimonium quoque exprimi debet. Feli. d. c. postulasti, colum. 2. nam secus in literis gratiæ. Cardi. & Imol. Cle. si de offi. ord. col. 16. de rescr. Fely. c. in nostra.

## De pensione. CAP. IV.

## SUMMARIA.

1 *Pensio an sit beneficium.*2 *Pen-*

- 2 Pensionarius ad quid tenetur.
- 3 Pensio beneficio non commutatur.
- 4 Pensio an nuptijs perdatur.
- 5 Pensio an exprimenda.
- 6 Pensionis finitio.
- 7 Pensionis moderata portio.
- 8 Motus proprius quando nihil operetur.
- 9 Pensionem quis constituat.
- 10 Pensio an quantitatiuè imponenda.
- 11 Beneficium scindere ex causa licet.
- 12 Pensionis constituenda multiplex causa.
- 13 Pensio in fraudem praesumitur imposita.
- 14 Episcopo asserenti causam non creditur.
- 15 Patri testanti de meritis filij non statur.

**I**nsuper nec t̄ pensio, beneficij nomine intelligitur. c. ad audientiam, 2. vbi Pan. de rescri. c. quamuis, de pr̄eb. in 6. Cum sit quid temporale, spiritualitatis nihil habens. Pan. d. c. ad audientiam. Cuius ideo laicus capax est. ca. possessiones, 16. q. 1. Vndè clericus t̄ qui ratione beneficij ad residentiam, d. l. ex tuæ, & c. fin. de cler. non resid. & ad officium, cap. fi. de resc. in 6. tenetur: propter pensionem tamen, ad neutrum obstringitur. d. c. possessiones, Gem. & alij. d. c. quamuis. nec p̄sionem t̄ beneficio permutare potest. glo. 3  
 §. item quod vniuersitates, de colu. in pra. Cum sola beneficia, beneficij, & spiritualia, spiritualibus commutentur. c. fi. de re. permut. Et executor datus ad prouidendum de beneficio, pensionem constituere nequit. dict. c. quamuis. Et licet per contractum matrimonij t̄ vacet beneficia, c. 4  
 3. c. diuersis, de Cle. coniug. non tamen amittitur pensio. Card. Cle. 1. §. eadem, d. sup. neg. Rip. ca. 2.

num. 128. de iud. Quod nō reciperem in pensione clerico assignata loco beneficij, vt sit hodie ex causa cessionis aut resignationis. Hiero. Gig. tra. pensio. q. 54. Cum per nuptias, clericatus nomen, & priuilegia, nisi duobus casibus clericus amittat. c. 1. de cleri. coniu. in 6. Et loco beneficij pensio subrogata beneficij naturam sapere debeat. l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. Præterea potest sola voluntate, vt & alia quæuis res prophana, dimitti pensio. gloss. & Præpo. c. Agathosa, 27. qu. 2. Tametsi beneficio, sine autoritate superioris nemo cedat. cap. admonet, de renunc. Denique impetrans, licet de beneficio quantum-  
 5 licet modico, mentionem facere teneatur: c. si proponente, de rescrip. c. si motu, de præb. in 6. pensionem tamen quæ beneficium non est, subijcere poterit, d. c. quamuis, nisi esset iure beneficij constituta, de persona in personam migrans. Rota decis. 210. in Ant. (Cuiusmodi tamen translationes, nisi in patria obedientiæ, hoc est in prouincia prouinciæ, Gallia non recipit. Philip. proba. d. §. item quod.) Aut nisi eam pensionem clericus in vim priorum literarū assequutus esset. d. ca. ad audientiam. potuisset enim eius expressio principem remorari, dict. c. postulasti, de rescript. & cum haberet impetrans ex primis literis beneficium, l. qui actionem, ff. de regu. iur. si eis renuntiauit, quia per eum stetit quominus haberet, censetur beneficium assequutus. l. iure ciuili, ff. de condit. & demon. Panor. d. cap. ad audientiam, 4. not. Amplius ipse puto, vbi impetrantur literæ iustitiæ, (quas alij in forma communi, alij in forma pauperum, alij in forma cum secundum vocant: Panor. d. c. postulasti, col. 2. pensionem perpetuò exprimendam. Confundentur hæ literæ,  
 inopia

inopia impetrantis: cap. si pauper, de præb. in 6. quæ ex pensione cessat. Vnde potuit verisimiliter Papa, ea expressa à confessione retardari. dict. c. postulasti. Tamen si in literis gratiæ, quæ (cum ex mera principis liberalitate procedant) favorabiliores sunt: Fred. consil. 56. Fran. d. c. si pauper. Iure verius existimem, non teneri impetrantem pensionis mentionem facere. d. c. ad audientiam, & d. c. quamuis. At verò usus sanctissimè recepit, ut cum pensio ad vitam concedatur, loco quæ beneficij plerunque succedat: eius in literis, impetrantem semper oporteat meminisse. gloss. regu. cancel. 61. Gomef. in regu. de infir. refig. qu. 16. Est autem pensio † de qua agimus, moderata quædam <sup>6</sup> portio, ex redditibus beneficij, autoritate superioris, ad tempus separata, per modum quantitatis, & cum causa alteri assignata. Quæ definitio, ad pensionem quinque requiri demonstrat. Moderatam † imprimis portionem, ita scilicet, ut ea <sup>7</sup> soluta satis supersit fructuum, ad subministranda Titulario Clerico necessaria, c. vacante, in fi. de præb. Panor. cap. conquerente, de cler. non resid. iuraque episcopalia persoluenda, c. de monachis, de præben. Ne alioqui contingat, ecclesiam debitis seruitijs defraudari. c. suscepti, de præben. in extrauag. Ioan. 22. Ergo si immensa constituta fuerit pensio, ad quantitatem iure permissam reducenda erit. c. suggestum, de decim. c. quanto, de censib. Quæ videtur dimidia pars fructuum: d. ca. suscepti, §. in illis verò. Licet in Gallia, ultra tertiam partem non recipiatur. Rebuff. de pac. poss. nu. 116. Etiam (ut nuper plerisque licet reclamantibus respondi) si pensionem, summus pontifex motu proprio † imposuisset. Quãuis enim <sup>8</sup> vltronea hæc principis voluntas surreptionem tollat:



tollat: c. si motu, de præb. in 6. Cle. si Romanus, eod. tit. & utrobique doctor. omnemq; taciturnitatem purget: Feli. ca. ad aures, col. 4. de rescr. nec quicquam tamen præter, aut contra verisimilem principis voluntatem, operatur. gloss. d. Cle. si Romanus. Atque ideo non in præiudicium tertij nempè rectoris grauati, Panormitanus capit. 1. col. 8. de iudic. & d. c. ad aures, col. 2. cum papa iuri alterius quantumlibet modico, gloss. c. cum olim, de consue. derogare velle non præsumatur. c. super eo, de offic. deleg. Et talis præsumitur papæ intentio, qualis de iure esse debet. c. causamq; & c. si quando, de rescript. Rursus, ad pensionem exigimus auctoritatem superioris, c. nisi, §. quia igitur, de præben. Cle. 1. §. eadem, de suppl. neglig. nempe summi Pontificis: (de quo ambigendum non est, cum in beneficijs plenissimam liberissimamq; habeat potestatem. c. 2. de præb. in 6. Cle. 1. in fin. ut lit. pend.) legati, Archiepiscopi, aut etiam Episcopi, c. nuper, vers. pen. de sent. excō. gloss. c. postulasti. de cler. excom. cum papa hanc facultatem peculiariter sibi non reseruauerit. Et quamuis in hoc regno, non ab altero quàm summo pontifice, pensiones constitutæ recipiantur. Rebuff. de pa. poss. numer. 105. Addimus deinde ad tempus, quoniã non perpetuò separatur pensio à beneficio, sed ad vitam tantum pensionarij. Doct. d. c. ad audiendam, de rescrip. Cuius morte, ad instar ususfructus, l. antiquitas, C. de ususfr. §. finitur, Instit. eod. titu. extinguitur. Vndè nec renunciari poterit, nisi Papa ius illam transferendi concessisset. Rot. decis. 210. in Ant. Nec tanquam vacans impetrari: licet in beneficijs cōtra, c. sanctorum, 70. di. c. 1. de capel. mona. quæ renunciantur, & cum vacant, impetrantur, alterique

con-

conferuntur. Ideoq; notius puto, quàm vt egeat probatione. Desideratur præterea vt per modum  
 † quantitatis, pecuniæ numeratæ, puta frumenti, 10  
 aut vini, non etiam per modum quotæ: vt detur  
 scilicet tertia, quarta, aut alia pars reddituum,  
 fiat pensionis constitutio. 10a. And. c. audiuius,  
 col. 4. de collu. deteg. Ne alioqui sectio † benefi- 11  
 cij inducatur, c. maioribus, de præbe. Feli. d. c. ad  
 audientiam, col. 2. nisi summi pontificis, (qui vt  
 diximus, ex sui ipsius lege omnia potest) d. cap. 2.  
 de præb. in 6. auctoritate imponeretur, c. vacan-  
 te, ca. maioribus, & c. cum causam, de præb. Cæ-  
 terùm, ipse nulla ratione confirmari eam senten-  
 tiam video. Quando verum non fit, ex constitu-  
 tione quotæ diuidi beneficium. Quod tunc pro-  
 priè scinditur, cum ex vno, duo efficiuntur. d. c.  
 maioribus, & d. c. vacante. Pensio autem benefi-  
 cium non est, d. c. quamuis, de præben. in 6. mor-  
 tuoque pensionario, vsusfructus exemplo peri-  
 mitur, vt diximus. Præterea cùm pensionis im-  
 positio non nisi ex causa permittatur: gloss. cap.  
 prohibemus, de censib. nihil pugnat: siquidem  
 scindere beneficia quoque ob causam liceat. cap.  
 vacante, vbi Panor. gloss. d. c. maioribus. Causam  
 autem in pensionis † constitutione, iustam & ho- 12  
 nestam subesse oportet. Cle. 1. §. eadem, de supp.  
 neg. gloss. d. c. prohibemus. Veluti bonum pacis,  
 c. nisi essent, de præb. (qua ratione videmus, ex  
 causa cessionis, inter litigatores, aut resignatio-  
 nis, pensiones quotidie reseruari.) in signe homi-  
 nis erga ecclesiam meritum, ca. per tuas, de don.  
 excellens virtus, summaque doctrinæ peritia, c.  
 de multa, de præbend. c. cum ex eo, de eccle. in 6.  
 senectus, ægritudo, debilitas, aut alia pia causa.  
 c. possessiones, 16. q. 1. Dec. conf. 436. Quæ si desit,  
 nisi

- nisi à summo pontifice procedat, Feli. d. c. ad au-  
 dientiam. inanis est constitutio. d. ca. i. gloss. d. c.  
 13 prohibemus. Multo que magis, si in fraudem  
 legis fiat, reijcietur. cap. extirpandę, §. si. de præ-  
 bend. & dict. c. audiuius. Sicuti si assignaretur  
 puero, aut alteri, beneficiorum incapaci. Panor.  
 11 cap. conquerente, de cler. non resid. In fraudem  
 autem pensionem constitutam semper præsumã,  
 si non de causa appareat: Ancha. & Card. dict. §.  
 14 fin. aded quidem, vt episcopo causam t̄ asserenti  
 non credatur, Oldrad. consi. 226. qui factum libe-  
 rē facere non possit. l. si forte, vbi Bart. ff. de cast.  
 15 pecul. Sicuti nec patri t̄ creditur (filio qui dona-  
 uit) testãti filij merita præcessisse. Accurs. & cæ-  
 teri: in l. si donatione, C. de coll. Cùm autem  
 omnis actus ex causa permissus, causę suę com-  
 menfurari debeat: capit. relatum, vers. licet, 2. de  
 testa. l. magis puto, §. item Prætor, ff. de tutor. &  
 curat. debet quoque pensio causę respondere, vt  
 non ex leui causa, grauis, & onerosa, cōstituatur.  
 Oldrad. consi. 226. col. 4.

## CAP. V.

De beneficijs curatis, simplicibus, electiuis,  
 collatiuis, regularibus, secularibus,  
 alijsque speciebus bene-  
 ficiorum.

## SUMMARI A.

- 1 Beneficium curatum, & simplex.
- 2 Beneficia duo, etiam simplicia, nemo tenet.
- 3 Beneficij verbo quando curatum veniat.
- 5 Dispensationes restringenda.
- 5 Regularia, & secularia beneficia.
- 6 Beneficia iure communi secularia.

- 7 *Regularia regularibus.*  
 8 *Electiua & collatiua beneficia.*  
 9 *Dignitates electiua.*

**N**Vnc videndum, quotuplex sit beneficiū ?  
 & summa beneficiorum diuisio hæc est,  
 quia quædã simplicia † sunt, quæ qui pos- 1  
 dent, non alterius quam sui curam habent. cap. fi.  
 de præbend. Alia duplicia, quæ alio nomine cu-  
 rata dicuntur, hoc est curam animarum habentia :  
 cap. dudum ecclesia, de elect. & ca. de multa, vbi  
 Panor. col. penul. de præben. qualia sunt quæ pa-  
 rochias habent. cap. execrabilis in fin. de præben.  
 in extrauag. Ioan. 22. Cura enim tunc dicitur in-  
 esse beneficio, cum clericus ei perfectus, admini-  
 strationi sacramentorum obstringitur. gloss. Cle.  
 dudum, §. statuimus de sepult. cum potestate li-  
 gandi, atque soluendi, Inn. c. cum satis, de offic.  
 Archid. quod soli conuenit sacerdoti. ca. omnis,  
 de poenit. c. in nouo. 21. distinct. Dec. cap. ad aures  
 de rescript. Omnia autem siue curata, ca. 2. c. quia  
 nonnulli, cap. ex tuæ. & c. fin. de cler. non resid.  
 siue simplicia, cap. super inordinata, de præben.  
 etiam modici valoris, ca. conquerente, de cleric.  
 non resid. residentiam requirunt. gloss. §. nam ec-  
 clesiarum, l. in proce. pragm. Vndè nec quidem  
 duo † simplicia, citra dispensationem possunt ob 2  
 tineri. Propter (vt inquit) impossibilitatem  
 utrobique deseruendi. cap. 2. de offic. vicar. Sed  
 nec cum summi Pontificis dispensatione, si causa  
 non subsistat. gloss. & doct. ca. dudum, 2. de elect.  
 Panor. cap. cum adeò, de rescript. Appellatione  
 verò beneficij, † si laxiorem sequamur significa- 3  
 tionem, ecclesiastica omnia comprehendemus  
 beneficia. ca. 2. de præb. in 6. gloss. c. 1. de reg. iur.  
 eod.

- eod.lib. Maiora, vt quascunque dignitates, gloss. Cle.auditor de rescript. nec tantum episcopatū, c.veritatis, de dolo & contum. sed etiam Papatū. c.1. de maled. Minora item duplicia, & simplicia, gloss.c.1. de rer. permut. in 6. & in Cle.1. de causa poss. quantumcunque modica. gloss. Clem. si de offi.ord. Vndè vicarius episcopi, cui specialiter beneficiorum collatio commissa est, curata & dignitates quascunq; cōferre poterit. Rot. deci. 437. in Ant. Similiterq; procurator ad acceptandū beneficia constitutus, & curata, & dignitates, acceptabit. Gem.c.fin. in fin. de offic. vicar. in 6. In materia † tamen ( vt vocant ) stricta, sicuti in literis ad beneficia, ca. quamuis, de præb. in 6. & dispensationibus, c.1. §. fin. de fil. presbyt. in 6. beneficij verbo, non venit curatum, cap. fin. de præb. cap. cum in illis, in prin. eod. tit. in 7. nisi fortè eadem esset ratio. Deci. in rubri. de rescript. in fin. Sed nec præbenda, canonico conferri solita, continetur. Panorm. cap. postulasti, col. 2. eod. tit. nisi alia non extarent beneficia simplicia, Archid. ca. alienationes, 12. qu. 2. tumque ne gratia principis elusoria reddatur. cap. si Papa, de priuil. in 6. Felin. latè, d. c. postulasti, col. 7. Beneficiorum † item quædam secularia sunt, hoc est solita clericis secularibus assignari, Clem. vnic. de suppl. neglig. prælat. Cuiusmodi sunt † omnia iure communi: cum primarius sacerdotiorum status sit secularis
- 4
- 5
- 6
- Rot. decis. 32. in not. Quædam verò regularia, † quæ ex fundatione per religiosos regi debēt, aut solita sunt regi. capit. cum de beneficio, de præb. in 6. & d. Clem. vnic. Vt abbatia regularis, ca. cum ad monast. de stat. monac. monachus, gl. Clem. fin. de iud. prioratus conuentualis, Clem. 2. de rescript. Cle. 1. §. cæterum, de stat. mo. claustralisq; dict. c.

dict. ca. cum ad monaster. Et canonici regularis, vt  
 auxitana. c. auaritia, de præb. c. quod Dei, de stat.  
 monach. glos. d. Clem. fin. Quoniam autem inde-  
 cens est disparis professionis homines, ecclesijs  
 præficere: Clem. i. de elect. regularia, † regula- 7  
 ribus: secularia, secularibus conferenda sunt. c.  
 cum de beneficio, de præb. in 6. Nisi vrgeat ne-  
 cessitas, quia puta idonei non reperiuntur. c. inter  
 de relig. dom. Aut euidens subfit utilitas, veluti  
 fauor prædicationis, qui efficit, vt Monachus ap-  
 tus concionator, parochiæ seculari, iure præfici-  
 atur. dict. c. quod Dei, gloss. cap. in parochia. 16.  
 qu. i. Deinde beneficiorum, alia sunt collatiua: 8  
 † quæ collatione, aut alio quàm electionis modo  
 obtinentur. Aut per electionem quæruntur, quæ  
 non indiget confirmatione. glo. Clem. quia con-  
 tingit, §. vt autem, de relig. domib. Alia electiua,  
 in quibus proceditur via electionis superioris  
 confirmationem exigentis, §. monasterijs, de reg.  
 ad prælat. no. in concord. glos. §. quibus, de elect.  
 in prag. aut installationem, quæ loco confirma-  
 tionis adijcitur, Oldr. consil. 146. Felin. cap. cum  
 Bertol. col. 2. de re iudic. quæ ideo sub præuenti-  
 onibus Papæ, ca. 1. §. nec etiam, de collat. in prag.  
 latè Boer. decis. 2. aut mandatis de prouidendo:  
 non cadunt. Etiam si nullus modus exprimat.  
 Quia simpliciter mandetur prouideri, de benefi-  
 cio vacaturo. Dec. cap. 1. in princip. de election.  
 Nec ab his abhorret Innoc. 6. sententia. dicentis,  
 electiuas † dignitates eas duntaxat dici, in quarū 9  
 electiōe seruat formam ab Innocentio III. data,  
 In cap. quia propter de elect. vel per cuius vaca-  
 tionem Ecclesia dicitur viduata pastore. Refert  
 Felin. c. in nostra, 32. col. de rescrip. Sunt & quæ-  
 dam beneficia mixta, §. i. in proœm. concordant.

B

&amp; ea

& ea dicuntur, quæ ex electione, & collatione, participant: vt ea in quibus eligentes conferunt eligendo, superioris confirmatione non desiderata. Rebuff. in dict. §. 1. Aut in quibus per præsentationem & institutionem proceditur. Io. Ayma. dict. §. 1.

CAP. VI.

De beneficijs datis in titulum, & in commendam.

SVMMARIA.

- 1 Titulus quid.
- 2 Titulus coloratus.
- 3 Commendari quando dicatur beneficium.
- 4 Commenda quomodo fiat.
- 5 Commenda non est titulus.
- 6 Commendis hodie quomodo vtamur.
- 7 Commenda est hodie titulus.
- 8 Commendatarij quid possint.
- 9 Procurator in rem suam, non reuocatur.
- 10 Gallorum de commendis vsus.
- 11 Afficitur beneficium tripliciter.
- 12 Galli soli pragmaticam receperunt.

**P**ostremo beneficia quædam in titulum dantur, quædam in commendam. ca. dudum ecclesia 2. de elect. c. qui plures, 21. q. 1. Titulum

- 1 † hîc accipi volo, pro quolibet modo obtinendi beneficia, lege non improbato. gl. §. 1. de pa. poss. in prag. Cui si vitij nihil obijci potest, iustus & verus appellabitur. Alioqui cum figuram tatum, & colorem tituli habeat: coloratus † dicetur, d. §. 1. l. fin. ca. mand. doct. c. cum nostris, de concess. præbend. Quod generaliter contingit, cum titulus ab eo processit, qui disponendi potestatem habebat

bebat, defectu tamé recipientis, aut alia ratione,  
 iniustus redditur. Gloss. dict. §. 1. Guid. Pap. qu. 85.  
 Imol. in cap. proposuit, de concess. præbe. In com-  
 mendam † verò conceditur beneficium, cum Ro- 3  
 manus pontifex, legatus, aut episcopus, (neque  
 enim inferioribus qui ex priuilegio, aut alio iu-  
 re spiritali conferunt, capit. omnes basilicæ, 16.  
 quæstio. 7. concessum est) Geminian. cap. nemo,  
 de elect. in 6. Ecclesiæ vacantis custodiam, alicui 4  
 † committit, administratorem generalem eius  
 templi illum constituens. dict. ca. nemo, de elect.  
 in 6. c. cum nobis, in fi. eod. tit. in Ant. Commen-  
 dare enim aliud est nihil, quam deponere. l. Pu-  
 blius, ff. de posit. l. commendare, ff. de verb. signi.  
 Hoc autem ad tempus sex mensium, & pro eui-  
 denti necessitate aut vtilitate ecclesiæ, lex per-  
 mittit. d. ca. nemo. Quare commendatarius, qui  
 ecclesiæ vacantis, & fructuum ad tempus dunta-  
 xat custodiam habet: d. c. cum nobis, in fin. gloss.  
 dict. §. 1. de pa. poss. nec tenere † beneficium, Rot. 5  
 decis. 244. in Ant. iusve habere in beneficio, aut  
 canonicum titulum. gloss. d. cap. nemo, & dict. c.  
 qui plures. censetur. Vti nec depositarius, in  
 re deposita. l. licet, §. fin. ff. de pos. Ang. consil. 35.  
 Ideoque aliud beneficium cum cura, in titulum  
 iure habere poterit, d. cap. dudum, & d. c. qui plu-  
 res. ad nutumque ipse remoueri. l. 1. §. si sic, ff. de  
 posit. c. 1. de cap. mon. gl. c. si constiterit, de accus.  
 Nec fructus suos faciet, gloss. & alij, d. ca. nemo.  
 quorum totiusque administrationis, eum redde-  
 re rationem oportebit, cap. placuit, 10. q. 3. Arch.  
 ca. is cui, de elect. in 6. Nec poterit etiam permu-  
 tare, c. 1. ibi sua beneficia, de rer. permut. in 6. nisi  
 authorante eo, qui commendauit, Panor. ca. cum  
 olim, de re. permut. apud quem, non apud comen-



datarium, censetur esse beneficium. Rota. dict. decis. 244. Nec per commendatarij mortem vacabit beneficium. c. obitum, & c. Catinensis, 61. dist. Sed cessante cōmenda, eo modo quo prius. glos. Cle. 1. vt lit. pend. Deci. conf. c. 49. Nec cogi poterit, professionem facere, beneficium regulare in commendam habens, ad quod Titularius cogetur. Cassiodor. in regul. cancel. decis. 32. Hodie

6 † commendis aliter vtimur. neque enim ad tempus, aut pro utilitate ecclesiæ, sed perpetuò, & p utilitate personæ conceduntur: Roma. conf. 350. colu. 2. modo nimirum excogitato, quo clerici hoc prætextu, fructibus ecclesiæ perditè luxuri-

7 entur. Ergo cū hodie † commenda ad instar beneficij Titulati, sit perpetua: cap. 1. de cap. mona. in 6. ca. sanctorum, 70. dist. legitimus, & canonicus titulus, censi debet. gloss. ca. licet, de elect. in prag. & dict. c. nemo, Gomef. latè. in regul. de triennali possessore. Vndè permutari cum beneficio intitulo poterit, c. fin. vbi Imol. de rerum permut. sub gratia ad beneficia vacatura includetur, Socin. conf. 32. col. 6. eritque cum alia incompabilis, si vtraque de beneficio curato existat. Gomef. d. reg. de triennali. De ea tenebitur impetrans facere mentionem, Regu. conf. 41. Bert. cōf. 235. vol. 3. vacabit beneficium per mortem cōmendatarij, Rot. decis. 243. in Ant. qui sicut titularius, ad plures annos fructus beneficij sui locare poterit. Cald. conf. 8. tit. de loc. Nam & eorum dispositionem, ne dicam dissipationem, vel ex Bullæ verbis liberam omninò habet. Card. ca. cum autem, 64. distin. Vndè cum beneficiorum collatio, inter fructus reperiatur: gloss. cap. cum olim, de maio. & obed. & in c. cum Bertol. de re iud. bene-

8 ficia † commendatarius confert. Eidemque ex  
Boni-

Bonifacij octauū constitutione, causæ sedis Apostolicæ committentur. Barb. conf. 2. vol. 2. In eundemque facta delegatio sub nomine dignitatis, transibit, De. ca. quoniam Abbas, de offic. deleg. nec poterit, nisi ex causa, cap. monachi, in fin. de stat. mona. c. inuentum, 16. qu. 7. remoueri. Roma. consilio 350. Censetur enim procurator in rem sua, qui cum domino præferatur, l. procuratore, ff. de procura. non potest reuocari. Accur. l. sicut, §. si procurator, ff. qui mo. pig. sol. Quæ omnia præsertim apud Gallos obtinet: qui prorsus exploratum habent comendam in omnibus, & per omnia, vim tituli obtinere. Rebuff. latè in tract. de pacif. poss. num. 35. cum seq. Vt sine controuersia verum sit, commendatarijs, sicuti titularijs, nominationes ab vniuersitatibus dirigi posse. Rebuff. tract. not. qu. 8. Ad hæc verò notandum, sicuti reservatione, cap. vt nostrum, de app. c. si eo tempore, de rescrip. in 6. & litigio, ca. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. ita comenda affici beneficium & reservari. Roma. dict. conf. 350. Vt non ab alio, quàm à summo pontifice, conferri possit, quod Bertrandus Carpentoratensis pluribus nouissimè comprobauit. Bertr. conf. 235. vol. 3. Sed cum decreto Basiliensi, ( quod sola Gallia recepit ) reservationes abolitæ sint, §. 1. de reserua. in pra. cui fraus fieri posset, si per commendam beneficium reservaretur, vbi Papa non prouideret de beneficijs in titulum, sed illa comendaret: glos. ca. licet, de elect. in prag. crederem, apud Gallos, sicuti nec reservatione expressa, ita nec comenda, affici beneficium. quod & Moderni quidem annotarunt. Phil. prob. in addi. ad Ioan. mona. cap. præfenti, col. 14. de offic. leg. in 6.

De non conferendo viuentis beneficio.

SUMMARI A.

- 1 *Papa ius tribuit ad vacatura.*
- 2 *Vxorem ducere eam cum qua viuente marito contraxit, nemo potest.*
- 3 *Collegio beneficium necdum vacans confertur.*
- 4 *Recepto in canonicum, præbenda promittitur.*
- 5 *Coadiutor quando dari possit.*
- 6 *Beneficium vacans promitti potest.*
- 7 *Beneficium nondum sepulto clerico, an conferatur.*
- 8 *Tempus prouidendi de beneficio.*

**P**orro autem, neque in commendam, neque in titulum, potest beneficium nondum vacans, (præterquam à summo † Pontifice, qui ex plenitudine potestatis ius tribuit ad vacatura) cap. proposuit, de compræben. c. 2. de præben. in 6. certæ personæ conferri, promittive. cap. 1. 2. 3. & ca. post electionem, de concess. præben. Ne improbè nimis alienæ mortis captandæ occasionem præbeamus. ca. 2. & 3. eod. tit. in 6. aded quidem vt non confirmetur sequenti vocatione collatio. c. auditis, de ele. Panor. c. relatū, de concess. præbend. Quod enim principio nullum est, post factō non conualescit. l. quod initio, ff. de regul. iur. Clericus verò, qui scienter viuentis beneficium impetrat, adulter, infamis, cap. audiuius, 3. qu. 2. fur, & latro, cap. non furem, 7. qu. 1. habetur, deponique debet, ca. imprimis, 2. qu. 1. & à communione ccllesiastica repelli, ca. 1. de concess. præben. perpetuò priuatus potestate, idem obtinendi beneficium. Panor. & alij dict. c. 1. Quem-  
admo-

admodum enim (inquiunt) ducere eam vxorem  
 nemo potest, cum qua viuente marito contraxit,  
 c. fi. de eo qui dux. in mati. ita nec beneficiū con-  
 sequi, quod adulterina foeditate, sponso vero vi-  
 uente, inquinare ausus est, ca. sicut, 7. q. 1. & dict. c.  
 audiuius. Falsa fanè ratio, cū nemo eam in v-  
 xorem habere prohibeatur, cum qua viuente ma-  
 ritò contraxerat de facto, non sequuta copula car-  
 nali, d. c. fi. An verò illæ penæ, d. c. 1. in impetrāte  
 viuentis beneficium ignoranter, locum habeant?  
 Disputat pulchrè Deci. consili. 349. Cū autem  
 improbabilè votum captandæ mortis, verifimi-  
 liter in † collegio cesset: quando soleant negligi,  
 quæ cōmuniter possidentur. l. 2. C. quādo & qui-  
 bus, libr. 12. Et nemini datum cēseatur, quod vni-  
 uersitati conceditur. l. sed si hoc, §. si verò, 12. q. 2.  
 viuentis beneficium, conferri posse, proditū est.  
 c. cum venissent, vbi gloss. & Panor. de restit. spo.  
 Recepto † quoq; in Canonicū prębenda promissa  
 debetur, cap. relatum, de pręb. si non in vim pro-  
 missionis, ob causam saltem receptionis, gloss. c.  
 2. de conces. pręb. in 6. quod indecens sit ascitum  
 in Canonicum, carere prębenda. ca. cum super, de  
 conces. pręb. d. ca. relatum. Beneficium pręterea  
 quod vacat de iure, licet, non de facto, rectè con-  
 fertur. cap. licet, 2. de pręb. in 6. cap. 1. §. sacri, de  
 homicid. eod. lib. Veluti propter malos mores,  
 cap. 1. de offi. custo. ca. si quis abbas, 18. qu. 1. insuf-  
 ficientiam, ca. fi. de ætate, & qualit. ca. licet Hely,  
 vbi Innocent. de simon. aut aliam indignitatem  
 ca. cum ex iniuncto, in fin. de hære. clerici. Idem-  
 que nonnulli putant, Bald. l. post susceptam, ff. de  
 excus. tutor. si clericus tam valetudinarius sit, aut  
 decrepitus, vt nullo ecclesiæ vsui esse possit.  
 Quod factitatum olim à Venetis, de Francisco

- Foscarino eorum Duce legimus. Firmian. tracta. de episco. libr. 1. Sed hoc ego iniquitatis plenum iudico, cap. scripsi, c. sicut. 7. qu. 1. magisque cen-
- 5 feo, ei dandum † coadiutorem, c. ex parte, de cler. agro. cap. grandi, de sup. negli. in 6. ca. petisti, 7. qu. 1. qui non sua culpa, sed vel ætatis, vel valetudinis infoelicitate, inutilis factus fir. At verò cū
- 6 omnimodò † vacat beneficium, rectè promitti potest, ca. nulla ibi antequam vacent, de concess. præben. & promissum debetur, licet affectū non sit. ca. si soli, eod. tit. in 6. Gemi. cap. 2. illo titulo. Quippè potest ordinarius illud alteri nihilominus conferre. Pano. d. c. nulla, 3. not. Matrimonij exemplo iure sumpto, cap. inter, de translat. epis. quod consistit & legitimum est, tamen si, ca. sicut, de sponsali. sponsalia atque adedò iurata, cum alio præcesserint. Conferri autem potest beneficium,
- 7 simulatque † clericus mortuus est. ca. episcopus, 1. in fin. 8. quæsti. 1. ab ordinario, etiam ignorante mortem, & sub conditione si vacat. gloss. & doct. cap. 2. de elect. in 6. Nondum etiam (vt plerique omnes opinantur) humato aut sepulto corpore. gloss. & Panor. cap. bonæ, 2. in fin. de elect. Quam ipse sententiam, & honestati & pontificijs constitutionibus repugnantem, dict. ca. bonæ, in fin. & c. nullus, 79. dist. recipiendam nūquam censui.
- 8 Prouidere † tamen debent ij ad quos ea res pertinet, de beneficio intra sex menses. d. cap. nulla, ab hora mortis cognita: gloss. cap. postquam, 50. distin. aut à tempore scientiæ numerandos. cap. quia diuersitatem, in fin. de concess. præben. nisi cathedralis sit, id est, Episcopalis, Archid. cap. statutum, ad princ. de rescript. in 6. vel regularis ecclesia: quæ ob impendens maius periculum, vltra tres mensem prælato vacare non debet. cap.
- ne pro

ne pro defectu, de elect. cap. obeuntibus, 64. dist.  
& dict. cap. postquam. Alioqui his omnibus casibus ad superiores gradatim fit deuolutio. cap. licet, de supp. negl. præb. & d. ca. nulla, in fin.

## CAP. VIII.

## De vacatione per mortem, &amp; simplicem renuntiationem.

## SUMMARI A.

- 1 *Vacatio beneficij multiplex.*
- 2 *Vacationis modus expressus ceteros excludit.*
- 3 *Morte quandoque non vacat beneficium.*
- 4 *Beneficium de mensa Pralati.*
- 5 *Renuntiare quis possit beneficium.*
- 6 *Papa papatui renuntiat.*
- 7 *Papa electus non confirmatur.*
- 8 *Renuntians per procuratorem.*
- 9 *Renuntians quando beneficium repetat.*
- 10 *Renuntiatio meticulosa valet.*
- 11 *Renuntiatio præsumitur spontanea.*
- 12 *Renuntiatio quando dicatur simoniaca.*
- 13 *Simonia non inducitur voluntate.*
- 14 *Renuntiatio in manu superioris facienda.*
- 15 *Ius ad rem, facile perditur.*
- 16 *Præsentatio ius ad rem tribuit.*
- 17 *Superior in renuntiatione quis.*
- 18 *Renuntiationi quis præstet auctoritatem.*
- 19 *Imperij electores an renuntiationem admittant.*
- 20 *Papa Imperatorem deponit.*

**A**D hæc porrò sciendum, beneficij vacationem multis † modis contingere. Sed his potissimum morte, renuntiatiõe (quæ vel simpliciter fit, vel ex causa permutationis) depositione, promotione & matrimonio, Qui omnes, vno vacationis verbo veniunt: gloss. c. si propter. de rescrip. in 6. & in c. quia sæpè. de præb. eo. lib. vbi præsertim eadem esset ratio. gloss. ca. cupientes. in prin. de elect. in 6. Et tametsi vnus † expressus, in odiosis cæteros excludat: c. susceptum. de rescrip. eod. lib. ideoque commodissimum sit, ea vti clausula, Aut aliàs quouis modo, glo. §. item quod monasteria. de cau. in pra. In alijs tamen negotijs, si dispar non sit ratio, reliqui omnes includuntur. Felin. c. licet. colum. 2. de offi. deleg. Quocirca lex futuri Pontificis electionem Collegio cardinalium, mortuo papa deferens: ca. vbi periculum. de elect. in 6. c. in nomine domini. 23. dist. c. 1. de renun. in 6. c. si Papa. 40. distin. censetur etiam si Papa cedat, vt Celestinus: c. 1. de renun. in 6. aut deponatur, quia hereticus: c. si Papa. 40. dist. idem ius deuoluere. Clem. ne Romani. vbi gloss. de elect. Cum & eo casu Roma. Pontifex, quantum ad apostolicam sedem, mortuus intelligatur. c. in apibus. §. ecce. 7. quæst. 1. c. 1. vt lit. pend. in 6. Cæterum de his omnibus singulatim dicendum. Morte in primis vacare beneficium, ambigit nemo. c. susceptum. de rescrip. in 6. Cum dissoluat omnia mors. §. deinceps. de nupt. coll. 4. Nisi fortè † suppressum esset ab habente potestatem beneficium, c. cum accessissent. de constitut. Aut de prælati † mensa existeret, Clem. vn. §. quidam etiam, de exces. præl. gloss. Clem. 1. de rescript. hoc est prælati mensæ ita vnitum, vt alium rectorem non haberet. gloss. d. §. quidam etiam. Hoc enim vsusfructus

ctus

Etus exemplo, c. cum constet. de pig. prælati mensæ, tanquam proprietati, mortuo clerico consolidatur. d. §. quidam etiam. Denique ubi canonicatum, aut præbendarum numerus distinctus non est, Canonix aut præbendæ vacatio etiam per mortem consolidari nequit. c. dilecto. de præben. c. ex parte. de concess. præb. Nam vacatio dicitur, respectu existentix, & numeri. Panor. c. constitutus, 2. q. de rescrip. & d. c. dilect. 7. nota. Vacat item renuntiatione, tot. tit. de renuntia. tametsi ex causa permutationis facta. c. 1. de re. perm. in 6. gl. c. si propter. de res. in 6. Rot. dec. 399. in Ant. modo de patroni consensu procedat, si beneficium sit patronatum. Pan. c. significatum de præbē. Cùm enim t<sup>5</sup> omnibus liceat cõtemnere; quæ pro se sunt introducta: l. si iudex. ff. de min. l. pe. C. de pact. Liberũ est cuiq; etiam in articulo mortis cõstituto, c. pe. ubi Pan. de renun. maiori tamen 14. annis, c. fin. de iud. in 6. proprio se abdicare beneficio. c. ex trãmiss. c. in præsen. de renun. Quinimo accusato pẽdente lite. Et quod fortius est dãnato, qui prouocauit. l. qui à latronib. §. si. ff. de testa. Præpos. c. studeat. 50. dist. Vnde cum beneficij verbo, Papatum venire probatum sit: c. 1. de maled. poterit quoq; pontifex † Romanus, Papatum renunciare. c. 1. de renun. in 6. Nec obstat quod renuntiationem, nõ<sup>6</sup> pro suo captu, sed superioris authoritate de eiusdemq; assensu, fieri oporteat: c. admon. & c. fin. de renun. Papa autem, non habeat superiorem. c. nũc autem. 21. dist. Id enim non obtinet, ubi superior aliquis nõ extat, ad quem possit haberi recursus, c. licet. in fi. de elect. propter facti impossibilitatem. c. indemnitatibus, §. pen. de elect. in 6. Qua pariter ratione Papa † electus, plenam liberamq; <sup>7</sup> administrationem consequitur. c. in nom. Do. 23. dist.



dist. non expectata vt in alijs prælatis, c. nosti. de elect. confirmatione, quando desit superior. glos. d. c. licet. in fin. Et in propria causa iudicat, c. cum venissent. de iud. vt & alius quiuis supremus princeps. l. proximè. ff. de his quæ in test. l. & hoc Tyberius. ff. de hæ. inst. Potest etiam quis beneficio renuntiare, non tantùm per se, sed per † procuratorem. l. i. §. i. C. de bo. mater. Quo casu censebitur vacare beneficium, vbi facta est à procuratore resignatio, non vbi constitutio procuratoris facta fuit. glos. Clem. i. vt lit. pen. Archi. & alij. c. 2. de præben. in 6. Denique potest beneficium verbo collatum, aut per signaturam, Bullis non confectis renuntiari, & cum alio permutari. Rebuff. §. i. de mand. Apost. in concord. Quemadmodum enim renuntiatio, ab initio voluntatis est, nemo quippe valetudinis quantumuis deploratæ, beneficio renuntiare cogitur: c. pen. de cle. ægro. ca. 2. & c. quamuis. 7. quæst. i. ita ex post facto necessitatis. c. 3. super hoc. & c. in præsentia. de renunt. ca. quam periculosum. 7. quæst. i. neque enim ius suū sponte remittenti regressus dari debet. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict. Poterit itaque beneficium resignatum, ab ordinario liberè conferri, & à clerico impetrari, cap. 2. de rescript. ad quod non redibit renuntians etiam ex causa permutationis sine noua collatione. glos. c. penu. de re. permuta. Docto. c. cum venerabilis, de except. Vacat si quidem vt diximus, renuntiatione beneficium: quod sine canonica institutione obtineri non potest. c. ex frequentib. de Institu. c. de regul. iur. in 6. nisi tamen † facta esset renuntiatio, ex falsa causa, quam renuntians veram putabat. cap. si beneficia. de præben. in 6. Aut aliqua ratione, inutilis reddi posset renuntiatio. quia malis al-

terius

terius artibus extorta : per dolum puta , & fraudulenta[m] æmuli suasionem, c. lectæ. de renuntia. glo. c. suggestum. 7. quæst. 1. vel metum, c. Abbas c. ad aures. c. ad audientiam, quod me. caus. siue ex persona propria, d. c. ad aures. d. c. ad audientiam. quod me. caus. siue ex persona eorum, qui potestati nostræ vel affectui subiecti sunt, l. 1. & 2. ff. de liberal. caus. l. 1. §. per alias. ff. de iniur. siue etiam ex amissione patrimonij incussum. dict. c. Abbas. Rot. 463. in no. Licet autem renuntiatio metu t̄ mero iure teneat: c. si verò, de iureiurand. ideo sit vel actione quod metus causa, vel officio iudicis rescindenda. gloss. cap. super hoc, de renuntia. præterquam vbi per capturam, & detentionem secularis potestatis, facta esset : Clement. 2. vers. sanè de pœn. noua tamen collatione opus non est. Panorm. & alij, d. c. si verò. Quo casu enim facienda est beneficij resignati restitutio, noua collatio nõ exigitur. Panormit. c. ex parte, num. 18. de restit. spol. Vt itaque planè consistat renuntiatio, libera & spontanea esse debet, d. c. Abbas, cum seq. quod in t̄ dubio præsumitur. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supp. leg. Neque enim delicti præsumptio capienda est. l. merito. ff. pro soci. Nisi clericus spoliatus reperiatur. d. ca. super hoc. & c. sollicitæ. vbi Panorm. de restitut. spol. Deinde puram t̄ renuntiationem esse oportet, non tantum à pecunia, c. ordinationes. 1. quæsti. 1. d. ca. super hoc. sed & ab omni pactione. c. cum pridem. & ca. fin. de pact. c. ex parte. 1. de offic. delegat. Ne hoc, vel illo casu, simonia contrahatur. Vnde facta ea lege renuntiatio, vt beneficium Titio conferatur, gloss. & Panorm. d. c. ex parte. Panorm. c. dilecto. de præbend. aut pensionem certam resignans percipiat, Panormi. c. non satis. de Simonia. simonia-

ca

ca est, atque ideo nulla. Poteritque beneficium,  
 vt vacans impetrari. Panorm. c. penul. de rer. per-  
 13 mutat. Licet sola voluntas renuntiantis certum  
 sperans successorem, simoniam non inducat. glo.  
 & Doctor. d. c. ex parte. Felin. c. ad audientiam. 2.  
 14 colum. 3. de rescript. Oportet tamen denique de pa-  
 troni consensu ( vt diximus ) si Ecclesia patrona-  
 ta sit, Panorm. ca. significatum. de præben. & su-  
 perioris authoritate renuntiationem fieri, c. ad-  
 monet. & c. fin. de renunt. c. denique. 6. quæstio. 3.  
 neque enim abdicare se sacerdotio, vt nec pote-  
 state seculari, quispiam suo sensu potest. l. lega-  
 tus. ff. de offic. præsid. In præiudicium scilicet  
 Ecclesiæ, aut superioris. c. non oportet. 7. quæsti.  
 1. c. mulieri. 33. quæsti. 5. Quibus per quasi contra-  
 ctum ad administrationem se obligauit, c. nisi. §.  
 verum. de renuntia. nam in damnum ( clerici re-  
 nuntiantis ) effectum habere potest renuntia-  
 tio. gloss. c. quod in dubijs. de renunt. Cumque quan-  
 tum in se fuit abierit beneficio, tacita pactio-  
 ne egisse videtur, ne peteret. l. si vnus. §. si. ff. de pact.  
 c. cum appellationibus, de appellat. in 6. Hæc au-  
 tem vera sunt siue expressè, siue tacitè renuntie-  
 tur. Panormit. c. ex ore reprobata. gloss. de ijs que  
 fiunt à maiori. Vnde licet apprehensione secundi  
 beneficij videatur habere clericus primum pro-  
 derelicto: ca. de multa. de præben. poterit tamen  
 superior, sine quo dimitti non potuit sacerdoti-  
 um: d. c. admonet. ad illud clericum reuocare. Pa-  
 normit. d. c. ex ore. & d. c. de multa. Sanè literis ad  
 beneficia, superioris etiam sprete authoritate, li-  
 berè quis renuntiat. c. ad audientiam. 2. de rescri.  
 c. sanè. de renunt. Etiam tacitè, Clemen. gratiæ.  
 de rescript. neque enim hoc casu superioris in-  
 terest, cum nullum sit clerico quæsitum ius in re,

Rot.

Rot.290.in Anto. ad rem. gloss. c.veniens. dere-  
nunc. Et tamen si ius ad † rem quæri nonnulli pu- 15  
tent: non tamen id obligat clericum beneficio.  
Panormit.d.c.ad audientiam.2. notab. multo que  
facilius à nobis euellitur. l. si sponsus. §. si mari-  
tus. ff. de donat. inter vi. l. qui autem. in princip.  
ff. quæ in fraud. Eadem que ratione dixerim, ele-  
ctum ante confirmationem, in manibus eligen-  
tium, sine alia superioris auctoritate, gloss. c.2. de  
in integ. restituit. Deci. c. postquam. colum.2. de  
electio. præsentatum que, priusquam instituatur,  
Rot.328. in not. in manibus solius patroni, bene-  
ficio renuntiare posse. Cùm & electio, cap. fin. de 16  
translat. episco. & † præsentatio, c. dilectus, vbi  
Innocen. de offi. deleg. solum ius ad rem tribuat.  
In beneficij præterea litigiosi renuntiatione, si  
tamen ius anceps sit & ambiguum, superioris au-  
thoritas non desideratur, c.2. de in integr. restitu.  
Panormit. c. quod in dubijs. de renunt. Superio- 17  
rem autem † hic appello, non collatorem, sed e-  
um qui potestatem habet instituendi, & destitu-  
endi: gloss. Clem. vn. de renunt. vt Papam, † c. de 18  
nique.6. quæst.3. legatum à latere, c. si Abbatem. §.  
fin. de elect. in 6. Episcopum, ca. cum ex iniuncto.  
§. fin. de hæret. c. nullus. 16. quæsti.7. & capitulum  
sede vacante. Panorm. c. cum olim. de maior. &  
obed. Qui vero solam haberet conferendi pote-  
statem, veluti executor datus ad prouidendū re-  
nuntiationem admittere non posset, Rot. decis.  
218. & 431. in Ant. nisi hoc ei nominatim esset iniū-  
ctum, c. dudum in princ. de præbend. in 6. Et gene-  
raliter, qui iure speciali beneficium confert, quo-  
niam destituere non potest, c. ea quæ. §. præcipi-  
mus, vbi Panormit. de stat. monach. resignationi  
auctoritatem non interponit, gloss. & Panormi.  
d.c.

- 19 d.c. cum ex iniuncto. §. fin. Vnde nec t electores imperij, qui Cæsarem destituere nequeunt, eiusdem renuntiationem admittent. Bald. l. Barbarius, ad fin. ff. de offi. prætor. Sed hoc Romano Pontifici reseruat, qui potest t Cæsarem ex causa deponere. c. ad apostolicæ, de re iud. in 6. c. alius. 15. quæst. 6.

## CAP. I X.

## De renuntiatione, quæ fit ex causa permutationis.

## SUMMARI A.

- 1 Renuntiatio ex permutatione permissa.
- 2 Permutatio vnde effectum sumat.
- 3 Tractatus non infert consensum.
- 4 Reseruat is Papa auctoratur.
- 5 Abbates exempti, Ecclesias plenè habent.
- 6 Capitulum, sede vacante admittit renuntiat.
- 7 Prohibitum vna via, altera non permittitur.
- 8 Permutans non exprimit beneficia.
- 9 Optio non impedit permutationem.
- 10 Permutatio quando presumatur iniusta.

1 **Q**VAE dicta sunt in renuntiatione simplici, in ea quoque obtinent quæ fit ex t causa permutationis. Possunt siquidem omnia beneficia, si tamen vnita non sint, Rot. 160. in not. superioris accedente consensu, liberè permutari. c. cum olim & tot. ti. de rer. permutat. Tamen si nō in titulum, sed in commendam possideantur, Panormi. dict. c. cum olim. aut pro duobus vnum commutetur, siue proprietatis Iure, c. cum venerabilis. de excep. siue tituli, Frede. tract. permut.

q.15. Doct. d. c. cum venerabilis. & nōdum adepta  
 sit possessio. Imol. Clem. vn. de rerum permutat.  
 Cum beneficium acceptatione clerici sequuta, e-  
 ius continuò fiat. c. si tibi absenti. de præbē. in 6.  
 De beneficijs † autem proprijs, consistant cōmu- 2  
 tationes. c. vnic. de re. permut. eod. lib. Nec his ob-  
 stat quod à traditiōe initium sumat permutatio,  
 l. i. ff. de rer. permut. & pro spiritualibus nihil da-  
 ri tradive possit. c. quam Pio. i. q. 2. Non enim ex  
 possidentium beneficia consensu, sed ex superio-  
 ris imperio, & autoritate pendet, roburq; acci-  
 pit permutatio. c. quæsitum, c. cum olim, & c. pe-  
 nu. de rer. permut. c. inter cætera, & c. maiorib. de  
 præbend. Licet enim clerici tractare de permu-  
 tando, priusquam superior a deatur, liberè vale-  
 ant: gloss. Clem. vni. de rer. permut. quando qui- 3  
 dem non infert, deliberatum † consensum, tracta-  
 tus. ca. tua, de ijs quæ fiu. à prælat. c. fin. de ijs quæ  
 fiunt à maior. per se tamen Ecclesiastica benefi-  
 cia, permutare nullo modo possunt. c. penult. vbi  
 Panorm. de rer. permutat. Sed hoc totum in supe-  
 rioris manu positum est, c. inter cætera. de præ-  
 ben. ca. i. & d. c. quæsitum. de rer. permutat. cuius  
 autoritas, omne vitium purgat. l. furti. §. qui  
 iussu. ff. de infami. c. nisi, de præben. Superiorem  
 autem hic immediatum intelligo, c. sicut vnic. de  
 excess. prælator. id est episcopum, d. c. quæsitum.  
 Si ad eum iure communi, spectat institutio, siue  
 collatio, Panor. d. c. cum ex iniuncto. in fin. Rot.  
 398. in not. & beneficia non sint reseruata: quorū  
 permutationi, † solus Papa autoritatem inter- 4  
 ponit. Episcopo vero Rot. 23. in notab. inferior,  
 hac prærogatiua nullatenus vtitur. gloss. Clemē.  
 de rerum permutat. Nisi iurisdictionem haberet  
 Episcopalem aut quasi. ca. Abbates. in fin. de pri-  
 uileg.

- 5 uileg. in 6. Veluti ꝑ Abbas Cistercien. Cluniacen. aut alius exemptus, ad quem cū Ecclesia pleno iure pertineat: gloss. Clem. attendentes, ver. 1. de stat. monach. & in Cleme. 1. de reb. Ecclesiasti. in eius monasterio Episcopus nihil exercet. cap. ea
- 6 quæ. vbi Panormi. de statu monach. Capitulum ꝑ quoque sede vacante, auctoritatem præstabit permutacioni. gloss. Clement. vni. de rer. permutat. cum hoc sit iurisdictionis episcopalis, in qua capitulum omnimodo succedit. cap. cum olim. vbi Panorm. de maior. & obed. nisi tamen vtrumque aut alterum beneficium, ad collationem solius episcopi spectaret. gl. d. Clem. vnic. Cū enim in eorum collationem non succedat capitulum, cap. illa. ne sed. vac. neque etiam in consensu. Ne
- 7 quod ꝑ vna via vetitum est, altera permittatur. c. cum quid. de regul. iur. in 6. Cum verò aditur superior, non ꝑ obstringuntur permutantes, de alijs beneficijs quæ habent, mentionem facere. Felin. ca. in nostra. colum. 2. de rescript. nisi superior ille esset Roma. Pontif. Rot. decis. 593. in Antiqu. Nec debent nisi permutantibus, beneficia ex causa bona fide resignata conferri. d. Clem. vnic. Adeò quidem vt ꝑ nec optio, ex consuetudine, antiquiori clerico competens, permutacionis effectum impediatur. c. vni. de rer. permutat. in 6. Card. d. Clemea. vni. quæsti. 16. nec obstat quod dicitur, per gratiam expectatiuam non impediri optionem: c. fin. de consuetu. in 6. cum nec per illam permutatio impediatur. d. c. vni. de rer. permutat. in 6. Et vtroque casu ideo, quia gratia mandat prouideri de beneficio, nulli de iure debito. c. dudum de præben. eod. libr. Quæ ratio nostro casu cessat cum permutantibus beneficia esse debita probauerimus. dict. Clement. vni. Enimvero quo-

quo-

quoniam superioris præsentia, & autoritas, omnem fraudis suspicionem tollit: l. furti. §. qui iussu. ff. de infami. cap. nisi de præbend. delictique præsumptio refugienda est, l. merito. ff. pro soci. permutationem iustam esse, & ex honesta affectione processisse, credendum est. Nisi in diuersum probabilis nos vrgeat coniectura. Veluti si permutetur † cum pingui, tenue beneficium. c. quia verisimile, de prælum. Neque enim verisimile est, quem ita prodigere suum, vt opulentum sacerdotium, pro modico, sine causa resignet. ca. 1. de cle. non resi. c. super hoc, de renunt. Et quauis hæc sola præsumptio, ad probationem, & sententiam non sufficiat: Rot. 129. in Antiq. alijs tamen adiuta circumstantijs, concluderet: veluti si senex, & valetudinarius, nepoti adolescēti, pro tenui beneficio, pingue & opulentum ex causa permutationis daret. Panorm. d. c. 1. & d. c. quia verisimile. Rot. 301. in Anti. Vt sic quæ non profunt singula, multa iuuent. l. sancimus. C. de test.

## CAP. X.

**De depositione, affecutione secundi beneficij, & reliquis modis vacationum.**

## SUMMARI A.

- 1 Delinquens renuntiat beneficio.
- 2 Delictum antecedens ad pœnam.
- 3 Homicida, beneficio non priuatur statim.
- 4 Vacatio primi, quando adceptione secundi.
- 5 Titulus non irrogat pœnam. c. de multa.
- 6 Episcopi beneficia quando vacent.
- 7 Electus an habeat ius, & nomen episcopi.

C 2

8 Epi-



8 *Episcopatus non vacat adeptione beneficij.*9 *Matrimonio vacat beneficium.*10 *Nuptiæ illegitimæ, an inducant vacationem.*11 *Sponsalia non faciunt vacare beneficia.*

- 1 **D**EPOSITIONE † quoque ac priuatione, quæ propter graue delictum, veluti homicidium, c. cum non ab homine de iud. simoniam, ca. 2. de simon. & periurium, c. querelam de iur. inducitur: promotione, c. de multa de præben. & matrimonio, c. 1. & c. diuersis de cler. coniug. renuntiationem, sed tacitam induci dicunt: atque ideo vacare beneficium. gloss. c. si propter de rescrip. in 6. Qui imprimis tam grauitè delinquit, beneficium pro derelicto habere creditur, c. 1. §. sacri de homi. in 6. in pœnam legis consentiens. l. imperatores. ff. de iure fis. Accur. l. 1. §. bestias. ff. de postul. Est † quippè delictum, antecedens ad pœnam. l. quæsitum. ff. qui & à quib. l. aliud. ff. de verb. sign. Antecedenti autem consensum præstans, in consequenti quoque consentire videtur. l. & si non cognitio. C. si contra ius. Sanè verò diximus depositione vacare beneficium: quia solo crimine, Clericus illo non priuatur. d. c. cum non
- 2 ab homine. Etiam si esset † infidiosus homicida, c. clericis. ne cle. vel mona. c. ex literis de excess. prælato. quem aded sacri canones detestantur, vt vix cum eo Papam dispensare posse velint. c. mirror. 50. distinct. Panorm. c. sicut dignum de homicid. Promotione præterea, hoc est † adeptione alterius beneficij curati, eiusdemque pacifica possessione apprehensa, prius (quod eo ipso clericus deseruisse velle indicatur.) Clemen. gratiæ de rescript. ipso iure, cap. dudum. 2. ad princip. de electio. vacare iuris est certissimi. ca. de multa de præ-

præbend. c. commissa, de electi. in 6. & extra. execrabilis. Et si ex gratia plures dignitates, aut beneficia, cum cura haberet, & insuper aliud sine gratia reciperet, possessio huius ultimi faceret omnia vacare. Clemen. si plures de præbend. Solus autem † titulus hanc pœnam non irrogat. Sed 5 naturaliter oportet, beneficij possessionem apprehendere. dict. c. de multa. ibi receperint. Quæ solo animo hic, (sicuti in ciuilibus) nunquam acquiritur. glo. §. ordinarij. de pact. poss. in prag. Huic verò pœnæ locus est, etiam in dignitatibus, beneficijsque regularibus, ca. cum singula de præben. in 6. Prioratibus manualibus, Clemen. I. de sup. negli. præl. & vicarijs perpetuis. Clemen. I. de offic. vicar. Cessat autem † in episcopo, cuius beneficia post electionem etiam, confirmationem, & adeptam possessionem, nisi eo consecrato, c. ordinationes, 75. distin. ca. quoniam, 100. dist. aut decurso tempore de consecrandis, (quod trium mensium spatium post confirmationem clauditur) ca. cum in cunctis. §. cum verò de electio. non vacant. Cùm non † ante episcopi nomen habeat, sed electi: glof. c. 1. de relig. do. nec ecclesiam 7 pleno iure nactus sit: gloss. d. §. cum vero. utpote cui crimen adhuc obijci possit. c. super his de accus. Quique necdum quæ sunt ordinis valeat exercere. c. transmissam, de electio. Primum autem beneficium non amittit, nisi qui secundum plenè est consequutus. d. ca. commissa. & d. c. de multa. Quæ ratione Episcopi consecrati, qui nondum possessionem adeptus est, non vacant iure beneficia. Licet vsus Curia Romanæ, hoc non recipiat. gloss. Clemen. I. ut lit. pend. Et eo casu primum beneficium vacare negamus, quo posterioris fructus, non posset clericus percipere,

- cap. si tibi concessio, de præbe. in 6. cum tunc non dicatur secundum recepisse. l. 3. §. 1. ff. commod. Ceterum licet per Episcopatum plenè quæsitum, priora beneficia vacent : dict. §. cum verò. per
- 8 † ademptionem tamen dignitatum, vel beneficiorum non vacat Episcopatus. cap. cum nostris, de concess. præb. Cum Papa inconsulto, Episcopatū dimittere nemo possit. ca. quanto, c. inter, & cap.
- 9 fin. de translati. episcop. matrimonio † denique, non secuta etiam copula, clericus ipso facto, beneficium quod habebat, perdit. cap. 1. ca. diuersis, de cler. coniuga. Illud enim pro derelicto habuisse intelligitur, actum omninò contrarium clericatui exercens. ca. ex transmissa, de nenunt. ca. cum renuntiat, 32. quæst. 1. Quæ ratio cum in eo quoque vigeat, qui nuptias non iure contraxit : quantum enim in se fuit, beneficium deseruit. d. ca. ex transmissa. Dicendum per matrimonium
- 10 † cum consanguinea, aut aliàs de facto contractū amitti beneficium. Panor. d. ca. 1. de cler. coniug. Nam & idem dicimus in possessione secundi beneficii, de facto apprehensa, c. quanto, de transla. epif. c. eum qui, de præb. in 6. Et dici solet, in contrahendis nuptijs, non iuris effectum, sed animi destinationem attendi. l. eum qui, C. de adult. ca. nuper, de biga. Idemque vbi nuptiæ legitimæ fuissent, si vxor non consummato matrimonio, monasterium (quod potest) ca. ex publico, de cōuer. coniug. ingrederetur. Et ideo noua collatione erit opus. Doct. d. ca. 1. Neque enim ius semel extinctū, reuiuiscit, tametsi cesset causa extinguēs, ca. quam periculosum, 7. qu. 1. c. quæris, de conse.
- 11 dist. 4. Per sponsalia † verò non vacare beneficia, verius est. l. ea quæ, ff. ad municip. Cum nec ademptione beneficii curati, primum vacet, nisi post  
 appre-

apprehensam possessionem. c. si quis iam translatus, 21. quæst. 2. & dict. cap. de multa. Et hæc dicta sint sufficienter circa primam Tractatus nostri partē. Valentia Allobrogum vltima Octob. 1547.

## Pars secunda.

### CAP. I.

Qui possint conferre beneficia, & primùm de Romano pontifice, eiusque vicegerente.

#### SVMMARIA.

- 1 *Papæ in beneficijs summa potestas.*
- 2 *Papæ sine causa non priuat beneficio.*
- 3 *Papæ pastor, non princeps.*
- 4 *Assentatores taxantur.*
- 5 *Papæ non potest quodlibet.*
- 6 *Papæ quando non parendum.*
- 7 *Papæ concurrat cum ordinario.*
- 8 *Patronatæ an sint de reseruatæ.*
- 9 *Electiuæ dignitates non vacant in curia.*
- 10 *Ecclesiæ verbo, an Episcopatus & abbatia veniant.*
- 11 *Reseruatio beneficij odiosa est.*
- 12 *Electiuæ beneficia quæ dicantur.*
- 13 *Litigiosum beneficium, est reseruatum.*
- 14 *Reseruatio inutilis, non afficit.*
- 15 *Gallicana ecclesiæ recepit pragmaticam.*
- 16 *Commenda, an inducat reseruationem.*
- 17 *Vicegerens Papæ an conferat.*

**N**unc tractamus personas quæ de beneficijs  
 1 providere possunt, & constat imprimis  
 Romanum † Pontificem, (qui in plenitu-  
 dinem ecclesiasticæ potestatis assumptus, cap. ad  
 honorem, de author. pall. liberrimam habet sa-  
 cerdotiorum dispositionem) c. 2. de præben. in 6.  
 quæcunque orbis beneficia conferre posse. capi.  
 cuncta per mundum, 9. q. 3. Non tantum purè, sed  
 ad tempus, ca. veniens, de si. presbyt. & sub con-  
 ditione, capit. pastoralis, 7. qu. 1. etiam tribuens  
 ius in vacaturis. dict. c. 2. gloss. ca. si. 9. qu. 3. Cuius  
 2 ut tandem finiant Canonistæ, in adimendis, † ne-  
 dum conferendis beneficijs voluntatem pro ra-  
 tione esse volunt. glo. c. si gratiose. de rescrip. in  
 6. Adeo quidè ut scripserint, posse Papam etiam  
 sine causa, suo clericum priuare beneficio. gloss.  
 ca. fin. 9. quæst. 3. doct. c. quæ in eccles. de constit.  
 Absurda sanè sententia, & à Christianorum di-  
 gnitate aliena. Ita enim non pasceret Petri vica-  
 rius oves suas, sed degluberet, necaret, & perde-  
 ret, Panor. c. si. col. pen. de confir. vtil. Card. cõsi  
 3 141. Cum tamen Christus Petrum non tyrānum,  
 non, inquit Theophilactus, dominum, nō regem  
 aut principem fecerit, sed fidum pastorem iusse-  
 rit esse. Ioan. 21. Tertio etiam repetita interro-  
 gatione, ut tanta diligentia, futurorum pontifi-  
 cum animis præclaram hanc sententiam inculca-  
 ret. cap. significasti, de elect. Exorituros non ig-  
 norans, qui amoris Iesu obliti, populi Christiani  
 curam susciperent, vel arriperent potius. Pro  
 pastoribus, tyrannos, prædones, & rapaces lupos  
 agentes. Restringenda est igitur sub ratione Pa-  
 pæ potestas, ca. illa, 11. qu. 3. & cum peccandi li-  
 centiam non habeat, ca. nōn nos, 40. dist. negan-  
 dum cum Leone pontifice, Petri durare priuile-  
 gium,

gium, vbi iniquè fertur iudicium, cap. manet, 24. qu. 1. quam enim authoritatem habet, à Christo optimo habet. cap. quamuis, 21. dist. ca. omnes, 22. dist. Christum autem tam iniquè potestatis authorum fuisse, verisimile non est. Bart. 1. fin. ca. si contra ius. Vt explodendos meritò t̄ dicat Cardinal. tractat. de vnion. eccles. perniciosos illos assentatores, qui alicuius authoritatis aucupandæ gratia, per fas nefasq; Romani pontificis authoritatem extollunt. Eorum nanque opera factum est, vt errores permulti irrepserint tam altis defixi radicibus, vt nō nisi maxima vi diuelli posse videantur. Neque credendum est inquit, Papam posse t̄ quodlibet, sed quod licet. Vndè 5 ei nonnihil t̄ iniustum præcipienti, parendum 6 non est. ca. Iulianus, ca. qui resistit, 11. qu. 3. Veluti si pro clerico in dignitate inexcusabili notoriè indigno, rescribat. Aut pro eo qui moribus est adeò turpibus, vt sine populi scandalo, promoveri nequeat. c. si quando, de rescrip, ca. cum tene amur, & vtrouique Pan. de præbe. Deo enim ne malè agamus imperanti, magis quàm Romano pontifici, obedire nos oportet. ca. si dominus, & ca. si is qui præest, §. is qui, 11. qu. 3. Inno. c. inquisitioni, de sent. excom. Concurrit t̄ ergo Papa (vt 7 ad rem redeamus) in collatione beneficiorum, cum quolibet ordinario, d. c. cuncta, 9. qu. 3. glos. §. neque, de colla. in prag. inter quos ideo præuentioni locus erit. ca. dudum, §. nos igitur, de præb. in 6. gloss. cap. 1. de offi. leg. eod. lib. Si non obster prouisio à Papa, reg. verisimilis notitiæ, reg. Cancel. 28. de qua paulò infra dicam. Aut non impediat ordinarium, reseruatio vel expressa, ca. cui nostrum, de app. cap. si eo tempore, de elect. in 6. vel in corpore iuris clausa: vt ob litigium, cap. 2.

vt lit. pend. in 6. aut respectu beneficiorū vacan-  
 tium in Curia, locisve vicinis Curia. quorum  
 collationem Roman. pontif. priuatiuē (vt aiunt)  
 sibi reseruauit. ca. 2. c. præsentī, de præb. in 6. Cle.  
 1. vt lit. pend. quomodocunque eorum contingat  
 vacatio. c. si. de elect. in extra. sub qua tamē con-  
 8 stituitio, patronata † laicorum beneficia non  
 cōtinentur. ca. cum in illis, §. cum autem, de præ-  
 ben. in 6. De ijs enim licet Papa disponere possit,  
 ca. cum dilectus, de iure patro. velle tamen non  
 præsumitur. glos. Cle. per literas, de præb. quod  
 & alibi plena manu Felinus ostendit. tractat.  
 9 quand. lit. apost. Non comprehenduntur † præ-  
 terea episcopatus, gloss. d. c. 2. Abbatia, Io. mona.  
 cap. inquisitores, de hære. in 6. & aliæ dignitates  
 electiua. glos. ca. licet, §. statuit, de elect. in prag.  
 Digna quippè sunt hæc speciali nota, quæ ideo  
 non expressa, neglecta intelliguntur. l. item, §.  
 hoc dictum, ff. de iniur. ca. si. de offi. vic. in 6. Nec  
 generali sermone continentur cathedrales eccle-  
 sia, ca. quamuis, de præbend. in 6. atque ideo nec  
 regulares illis comparata, ca. ne pro defectu, de  
 elect. c. si postquam, eod. tit. in 6. nec obstat quod  
 loquatur summus pontif. in hac reseruatione de  
 ecclesijs, dignitatibus & beneficijs, in quibus et-  
 iam per electionem prouidetur. d. ca. 2. Ecclesia-  
 10 rum † autem & dignitatum verbo, Episcopatus,  
 ca. cum clerici, de verb. signif. & Abbatia, ca. in-  
 demnitatibus, de elect. in 6. veniunt. Hæc enim  
 in fauorabilibus, & ijs constitutionibus quæ ius  
 antiquū non lædunt, prorsus obtinent: non item  
 in odiosis, & ius vetus absorbentibus. d. c. quam-  
 11 uis. Quibus † reseruatō nostra annumerari me-  
 ritō debet. And. Gem. & alij, c. auaritia, de elect.  
 in 6, Vt potè, qua ordinaria potestati naturali, &

fauo-

fauorabili, admodum præiudicetur. c. peruenit,  
 11. qu. 3. Quod verò ad illa verba (*per electionem*)  
 attinet sciendum, non omnia beneficia † electiua 12  
 dici, in quibus per electionem proceditur, sed  
 ea tantum, ad quæ solenniter, ca. quia propter, de  
 elect. quis eligitur, mox à superiore confirman-  
 tus. gloss. c. sicut. §. & cum humanæ, de elect. pra.  
 & d. §. statuit. Sanè non potest alio casu ordinari-  
 us Papam præuenire, in beneficijs videlicet liti-  
 giosis † quorum collatio Sedi Apostolicæ à lege 13  
 nominatim reseruatur. cap. fin. vt lit. pend. in 6.  
 Idemque in commendatis. Roma. conf. 350. Bert.  
 conf. 235. vol. 3. ijs enim videtur Papa dando com-  
 mendatarium, manum apponere. Casiod. decis.  
 32. in regu. Cancell. Et multo minus † dicendum, 14  
 vbi specialiter Rom. Pont. Collationi suæ reser-  
 uat aliquod beneficium, id posse ab ordinario  
 conferri. ca. si eo tempore, de elect. in 6. Propter  
 manus Papæ (vt dicunt) appositionem, c. vt nostrum,  
 de app. quæ tametsi inutiliter facta, afficit benefi-  
 cium, Inno. c. inter dilectos, de excess. prælat. nisi  
 inualiditas illa appositionis manus Papalis, ex  
 defectu potestatis eiusdem insurgeret. c. ne cap-  
 tandæ, de concess. præbe. in 6. Roma. d. consil. 330.  
 nu. 12. Veluti hodie ex concil. Basiliensi, quod li-  
 cet aliæ prouinciæ respuerint, Ecclesia † Gallica 15  
 na recepit, §. 1. de reseru. in prag. Sel. 3. parte, qu.  
 33. in fin. Eo autem omnes Rom. pontif. reseruati-  
 ones, tam speciales, quàm generales, velut eccle-  
 sijs onerosæ, abolentur. §. ipsas, de reseru. in pra.  
 Solis reseruationibus in iuris corpore clausis, &  
 quæ in terris Romanæ ecclesiæ fiunt, exceptis.  
 Huic autem decreto † quia fraus fieri posset, si 16  
 Papa non in titulum, sed in commendam conce-  
 deret beneficia: gloss. cap. licet, de elect. in prag.  
 dicerem,



dicerem, per commendam in Gallia, non induci tacitam reservationem. Ideoque liberè ab ordinario, post commendatarij mortem, conferri. Quod & à nouissimis annotatum post hæc scripta comperimus. Aureol. addit. ad Guil. de Mont. Laud. cap. nemo, de elect. in 6. prob. ca. præsentis, col. 14. de offi. leg. in 6. Vicegerens t quoque, hoc est, vicarius, quem Rom. ponti. in vrbe reliquit. Quoniam omnia quæ ad iurisdictionem Papæ pertinent, in ciuitate Romana potest: l. i. C. de of. eius qui vic. alter. ger. omnia beneficia confert. c. pen. vbi doct. de offi. vicar. Exceptis consistorialibus, hoc est, episcopatibus, Abbatiis & monasterijs, de quibus in consistorio coram Cardinalibus, ore Papæ pronuntiatur. Lap. alleg. 84.

## De Concilio. Cap. II.

### SVMMARIA.

- 1 Concilium generale an conferat.
- 2 Papa est supra concilium.
- 3 Concilium non est, nisi Papa præsit.
- 4 Cardinalium collegium non confert.

1 **A**N autem t Concilium generale beneficia conferre possit? vetus est quæstio. In qua breuiter puto quòd sic. non qua putant nonnulli ratione, quia supra Papam sit conciliū: (hoc enim falsum est, traditumque verius Papam t supra concilium esse. cap. significasti, de elect. Præterquam in concernentibus fidem, ca. concil. §. i. 17. distin. ca. si Papa, 40. dist. gloss. cap. Anastas. 19. dist. extirpationem schismatis, cap. si duo, 79. distinct. aut generalem reformationem Ecclesiæ Dei,

Dei, in capite & in membris.) capit. 2. vbi gloss. plenè, de auth. sac. concil. & in §. 1. de collat. in pragm. Sed quia t̄ concilium legitimum non est, 3 nisi Papa præsit. cap. multis, 17. dist. cap. dudum, 3. quæst. 9. à quo potestatem, roburq; concilium accipit. dict. ca. significasti, Panor. ca. super quibusdam, de verb. significat. Papa autem à Christo, non à concilijs. cap. quamuis, 21. dist. ca. omnes, 22. dist. Si igitur solus Papa quæcunque beneficia confert: cap. 2. de præbend. in 6. Multo magis concilium, Romani pontificis præsentia, authoritateque fultum, & illustratum. cap. cum in cunctis, in princ. de elect. Collegium t̄ autem 4 Cardinalium, ad futuri pontificis electionem sede vacante congregatum, beneficia conferre non posse, manifestum est. Clem. ne Romani, §. 1. de electio. Cum alia quàm electionis negotia, tractare eis prohibitum sit. cap. vbi periculum, §. ijdem, de elect. in 6. Et in simili dicamus, capitulum Ecclesiæ inferioris, sede vacante non conferre beneficia. cap. 1. c. illa, ne sede vacant.

## De Legato à latere. Cap. III.

## SUMMARIA.

- 1 Legati à latere.
- 2 Legati missi.
- 3 Legati nati.
- 4 Legati Cardinales conferunt beneficia.
- 5 Ordinarij tres concurrunt in collatione.
- 6 Præuentioni quando sit locus.
- 7 Hora inducit prioritatem.
- 8 Regul. de verisimili, an in ordinario.

9 Reg.

- 9 *Reg. de verisimili, quando cesset.*  
 10 *Legatus Cardinalis, quando non conferat.*  
 11 *Legatus non derogat patrono laico.*  
 12 *Laicus à socio clerico non damnificatur.*  
 13 *Iuri patronatus quandoque non fauetur.*  
 14 *Legatus de specialiter commissis non cognoscit.*  
 15 *Nominatis an legatus præiudicet.*

1 **P**roximi pontificiæ potestati sunt † legati à latere. cap. mandata, de præsumpt. Sic vocantur Cardinales, qui à Papæ latere, in certam prouinciam destinantur. c. ad eminentiam, de sent. excom. Reliqui verò, qui à sede Apostolica † mittuntur, non ex principis latere assumpti, missi appellantur ab interpretibus, incognito legislatori vocabulo, qui hos non missos, sed Legatos simpliciter vocat. tot. titul. de offic. legat. Sunt & alij qui suarum prætextu ecclesiarum, legatione funguntur. ca. 1. de offic. leg. in 6. vt Eboracens. Archiepis. ca. 1. de appellat. & Cantuariens. ca. 1. de offic. legat. quos ideo Hostiens. & cæteri, 3 nouo vocabulo, natos † vocant, quia legati nascuntur, dum illis ecclesijs præficiuntur. Io. Mona. ca. 1. de offic. leg. in 6. Sed ad Cardinales Legatos 4 redeamus, qui † ex priuilegio, quæcunque suæ prouinciæ beneficia conferunt. dict. c. 1. de offic. legat. in 6. spectantia etiam ad patroni clerici, præsentationem, ca. cum dilectus, de iure patro. ca. dilectus, de offic. legat. aut exemptorum collationem. ca. 1. de verb. signifi. in 6. Et tametsi eorù collatio sit ad sedem Apost. deuoluta, c. penul. de præbend. vacaturaque suæ collationi reseruant. cap. præsentis, de offic. leg. in 6. in eis licet, præsensius dare non possint. ca. dilectus, 1. de præb. Quæ omnia potest legatus Cardinalis, existens etiam

etiam extra prouinciam sibi commissam. glo. ca. nemo, de offi. legat. Archid. cap. fin. eod. titu. in 6. Alij verò legati siue missi, siue nati conferendi beneficia, absque speciali mandato, ca. literas, de sup. neglig. prælat. nullam habent potestatem. ca. 1. de offi. leg. in 6. Ex his patet, tres t̄ in beneficij collatione concurrere posse. Papam videlicet, legatum Cardinalem, & ordinarium. gloss. d. ca. 1. & in §. neque, de collat. in prag. Inter quos ideo sicut inter plures iudices, l. si quis postea, ff. de iud. ca. pen. de for. comp. & procuratores infolidum constitutos, c. pen. de elect. in 6. c. si duo, de procu. eod. lib. locus t̄ erit præuentioni. gloss. d. ca. 1. & dict. §. neque. Ratione etiam thora, aut momenti, si hoc vel scripto, vel testibus probari possit. gloss. ca. pen. de rescript. in 6. & in ca. si à sede, de præb. eod. libr. Nam & tam modici temporis prioritas, omni lege attēditur. Accurs. l. si ex pluribus, §. fin. ff. de solut. quamuis ex curiæ Romanæ stylo, hora literis non inseratur. gloss. d. c. penul. Cessat autem hæc præuentionio, in beneficijs reseruatis, quæ legatum etiam à latere impediunt. glo. dict. c. 1. Multo que magis (vt iam dictum est) ordinarium. ca. si. vt lit. pend. in 6. & c. vt nostrum, de appel. Aut vbi prouisioni verisimilis notitiæ regula obstat. Reg. cancel. 28. Quæ tametsi de Papa tantum loquatur, quia tamen ex iuris communis visceribus excerpta est, extra, ca. detestanda, & ca. seq. de concess. præb. in 6. & vt obuiâ eatur fraudibus edita. gloss. dic. §. neque. Per illamque detestatum ambitionis vitium, ca. quia in tatum, & c. cum iam dudum, de præb. coercetur: dicendum, eam in t̄ ordinario quoque locum habere. gloss. d. §. neque, Rip. ca. 2. in fin. de rescrip. Et ita in supremo Delphinatus senatu iudicatum, Decius

9

6

7

8

cius

- 9  
 9  
 10  
 11  
 12
- cius alibi refert, consilio 398. in final. vbi igitur  
 fraus omnis verifimiliter † cessaret, à regula me-  
 ritò recederemus. Veluti si impetraretur benefi-  
 cium, per renuntiationem, cum clausula aut aliàs  
 quouis modo, & pridie renuntiationis admissæ,  
 renuntians procul Roma mortuus esset. gloss. d.  
 §. neque, Sel. 3. parte, qu. 46. Rebuff. §. declarantes,  
 de mand. apost. Quo iure in regno vtimur, licet  
 in Rota lis adhuc sub iudice pendere videatur.  
 Gomes. in d. reg. 28. Nec huic regulæ per Papam  
 in regno derogatur. Rebuff. tract. not. qu. 18. Cer-  
 tis † porrò casibus (vt in viam reuertamur) lega-  
 to facultas conferendi beneficia denegatur. Ve-  
 luti si in curia vacauerint. gloss. ca. 1. de offi. lega.  
 in 6. Quorum collationem diximus Apostolicæ  
 sedi referuatam. ca. 2. de præb. in 6. Aut si sint ca-  
 thedralium, regularium, collegialiumve Eccle-  
 siarum beneficia, vel dignitates, post Episcopatû  
 maiores electiuæ. ca. de deliberatione, de offic. leg.  
 in 6. Aut si eorum præsentatio † ad patronum lai-  
 cum spectaret. gloss. Clem. per literas, de præben.  
 Idemque si simul ad patroni clerici, & laici præ-  
 sentationem pertineret. Panor. ca. fin. in fi. de iur.  
 patr. & in dict. ca. dilectus, de offi. leg. Nec enim  
 † æquum est, à socio clerico, laicû damnificari.  
 cap. sacris, de sepult. sed magis ex priuilegio, &  
 persona laici, socium clericum commodum sen-  
 tire. l. si communem, ff. quemadm. ser. amit. l. si is  
 qui duos, ff. de lib. leg. Sic enim econtra dicimus,  
 tempus semestre, quod habet Ecclesia ad præsen-  
 tandum: laico (quadrimestre tantum suo iure ha-  
 benti) ratione communionis competere, gl. cap.  
 vn. §. fin. de iur. patron. in 6. Iuri laicorum præte-  
 rea legatus à latere non derogat, ne hoc nomine  
 ab ecclesiarum fundatione, laici retrahantur.  
 gloss.

gloss. cap. cum dilectus, de iure patrona. Quæ ratio cessat in † iure patronatus, quod laicus non  
 13  
 ex donatione, aut fundatione habet, sed ex præ-  
 scriptione, & priuilegio: cui ideo legatus Car-  
 dinalis præiudicat. Panormit. cap. dilectus, in fi.  
 de offic. legat. Cardi. dict. Cle. per literas, 3. quæst.  
 Quod autem de priuilegio † diximus, de genera-  
 14  
 li accipiendū est: nam si iure speciali, & expres-  
 so priuilegio, certorum beneficiorū aliquis col-  
 lationem habeat, ad ea legati potestas non exten-  
 detur. Panormit. dict. cap. dilectus, in fin. Cui  
 enim præpolleat specialis prouisio generali, cap.  
 1. de rescript. cap. dudum, de præben. in 6. de his  
 quæ alteri specialiter sunt cōmissa, legatus non  
 se interponit. c. studuisti, de offic. lega. Postremo  
 aduersus † nonnullos gloss. §. vt verò, de collat. 15  
 prag. putauerim, legatum Cardinalem, (præuen-  
 tionis iure) beneficia nominatis vel graduatis  
 debita, conferre non posse. Cum respectu gra-  
 duatorum, vel nominatorum, præuentio Papæ re-  
 seruetur. §. declarantes, de mandat. aposto. Et in  
 reseruatis Roma. pontif. Legatus nihil possit. ca.  
 quod translationem, de offi. lega.

## CAP. IV.

## De inferioribus ordinarijs.

## SUMMARIA.

- 1 Ordinarius quis.
- 2 Cathedralis prouisio ad quem.
- 3 Confirmatio quo ordine fiat.
- 4 Episcopus an solus conferat beneficia.
- 5 Hostiensis opinio probata.
- 6 Consuetudo in prouisione spectatur.
- 7 Episcopus ante administrat. confert.

D

8 Epi.

- 8 *Episcopus an sine coadiutore conferat.*  
 9 *Coadiutor solus quandoq<sup>3</sup> confert.*  
 10 *Alienatio voluntaria, & necessaria.*  
 11 *Episcopus accusatus an conferat.*  
 12 *Episcopus depositus episcopi iura exercet.*

**S**ED iam de inferioribus ordinarijs (ordinarios  $\dagger$  voco qui suo iure conferre possunt) c. de iudicibus, 2. quæsti. 6. gloss. c. ordinarij de offi. ord. in 6. tamen si non habeant ordinariam iurisdictionem, gloss. Clem. I. vt lit. pend. aliqua dicenda veniunt. Et scire cum primis oportet, ecclesiarum  $\dagger$  Cathedralium prouisionem, quæ olim Papæ reseruata erat, gloss. c. quanquam. de elect. in 6. simulatq<sup>e</sup> inferiorum collegialium, de quibus ex primaria lege Episcopi disponebāt, Panor. c. cum ecclesia Vult. de elect. collegijs quibuscunq<sup>e</sup> fuisse concessam. c. cum ecclesia, ad fi. de cau. possess. Vt ab ijs digni moribus, & ætate, vacantiq<sup>e</sup> ecclesiæ magis vtiles eligerentur, c. 1. c. cum in cunctis. c. ne pro defectu, & c. quia propter de elect. c. fin. 16. quæsti. 7. sola  $\dagger$  confirmatione, superiori reseruata. hoc videlicet ordine, vt electus Abbas, ab episcopo: c. hoc tantum. 17. q. 2. Episcopus à Metropolitano: c. cum dilectus de elect. Metropolitanus, à proprio Patriarcha: c. antiqua de priuileg. Hic autem à Rom. Pontifice. c. renouantes. 22. dist. d. c. ant. confirmaretur. Cùm non alius extet superior. c. nunc autem. 21. distin. Præbendarum  $\dagger$  verò, & dignitatum Ecclesiæ Cathedralis, collationem ad Episcopum, & capitulum simul pertinere, communiter existimatum est. c. postulast. de cle. ex gloss. & Panorm. d. c. cum ecclesia Vult. Cùm enim ex bonis communibus instituta præsumantur, c. nulli. §. fin. 12. q. 1. eorum

eorum de collegio, nedum Episcopi consensum exquiri consequens est, l. in concedendo. ff. de aq. plu. arden. cum & solet vulgo dici, ab omnibus probandum esse, quod tangit vniuersos. c. ad hęc in fin. de offi. Archidia. Ego verò magis probo, 5  
 vt cum Hostien. dicamus, vbi prælati, & capituli bona, quod regulariter contingit, distincta sunt, ad solum Episcopum, cum consilio tamen capituli, præbendarum ecclesiæ cathedralis collatione pertinere. ca. nouit, & c. quanto de ijs quæ fiunt à præl. Et quia vacante sede negat Honorius, vsquã cautum inueniri, capitulum præbendas conferre. c. illa. ne fed. vacan. Cùm tamen constet eo casu, quo ad Episcopum & capitulum simul præbendarum collatio pertinet, c. vn. in prin. eod. titu. in 6. capitulum posse vacantes conferre præbendas. Cæterùm minora inferiorum ecclesiarum beneficia, (communi sententia non reclamante,) sine consilio etiam capituli, Episcopus confert. ca. ea noscitur. de ijs quæ fiunt à præla. Licet in maiorib. capitulum consulere debeat, d. c. quanto, vbi Panorm. & ita conferre. d. c. nouit. vbi Panorm. Aut si sint ecclesiæ collegiatæ, conseruata eis præsentatione, instituere. Pan. d. c. cum ecclesia. Et ita verum est, ad eum iure communi, spectare institutionem, & destitutionem beneficiorum. c. cum ex iniuncto. §. fin. de hæret. c. omnes basilicæ. c. nullus. 16. quæstio. 7. d. c. nouit. Nisi tamen prædictis 6  
 obstaret consuetudo, aut priuilegium, c. Abbate sancti. de verbor. signifi. d. c. ea noscitur. quæ nonnunquam efficiunt, vt electio canonici, ad solum Episcopum, vel solum capitulum, pertineat. d. c. cum ecclesia Vulterana. Aut ad canonicos, singulares, vice & autoritate capituli. c. fin. de præb. in 6. Vel etiam ad prælatum alterius ecclesiæ. c. fi.



- de Institutio. Verùm enim uero, non habet potestatem capitulum, aut Episcopo inferior, conferendi beneficia, Episcopo excluso. d. c. cum ex iuncto. §. fin. d. c. omnes. & d. c. nullus. nisi ex privilegio, aut alio iure speciali. c. nulla ubi Panor.
- 7 6. no. de concess. præbē. Confert autem † & instituit Episcopus, tametsi nondum decreta sit ei administratio: modò tamen electus sit, & confirmatus. ca. nosti. c. transmissam, & c. qualiter de elect. Per electionem enim ius administrandi, & per confirmationem, eius iuris exercitium consequitur. gloss. c. quanto. 63. distinct. Confert † item Episcopus, etiam si propter senectutem, aut ægritudinem, datus sit ei coadiutor. gloss. c. cui rei de coll. pragm. Hæc enim corporis vitia, plerunquæ cordis virtutem augēt, faciuntquæ ut feruor spiritus in sublimiora conscendat. ca. i. ca. nisi. §. alia
- 8 verò de renuntia. Secùs ergo † si ei mente capto, de coadiutore sit prouisum. Quo casu, non ipse, sed coadiutor, plenam habens sicuti furiosi curator, l. inter bonorum. ff. de administr. tuto. administrationem, ca. grandi de sup. neg. c. vn. de cler. ægr. in 6. beneficia conferet. Old. consil. 44. gloss. d. c. cui rei. Nec obstat, quod habenti liberam administrationem, alienatio sit interdicta: ca. is cui
- 9 de elect. in 6. Nam hoc in † voluntaria accipiendum est, non item in necessaria. l. alienationes. ff. fa. hæ. l. aliam. ff. de noua. Qualis est collatio beneficij, ob impendens graue, ex diutina vacatione periculum. c. ne pro defectu in princ. de elect.
- 10 Confert † prætereà Episcopus, licet reus criminis etiam grauissimi, Panormi. c. nihil nota. 12. de elect. (puta Hæresis, quo iure ipso priuatur Episcopus.) c. cum secundum de hæret. in 6. c. quo iure. 8. distinct. & accusatus. c. nonne. §. quæst. 4. Priuatio

uatio enim hæc occulta est, vnde ex quo tolleratur in officio, rata esse debent, quæ ab eo interim geruntur. l. Barbarius. ff. de offi. præto. l. i. C. de testi. Nec debet accusatus, sacerdotij sui possessione priuari. c. 2. vt lit. pend. Quinimo † nec deposti- 12  
tus, si prouocauit, prohibetur Episcopalia iura exercere. gloss. c. sæpè de appella. Cùm enim non censeatur damnatus qui prouocauit: l. furti. §. i. ff. de infa. l. 2. §. fin. ff. de pœn. manet integer status eius, vt interim dignitatis suæ honoribus fungatur. l. vn. §. pen. ff. nil no. appel. pen.

## CAP. V.

## De quasi possessore conferendi.

## SUMMARI A.

- 1 Quasi possessio conferendi.
- 2 Fructus possessorem sequuntur.
- 3 Vnus actus quando tribuat possessionem.
- 4 Mala fides an possessionem querat.
- 5 Possessor malæ fidei non lucratur fructus.
- 6 Scientia necessaria in incorporalibus.
- 7 Possessio vltima attenditur.
- 8 Possessio secunda an iniusta præsumatur.

Sufficit autem eum qui confert beneficium, esse † in quasi possessione conferendi: licet apud eum non sit proprietas, ca. cum olim. de caus. pos. Sic enim dicimus in electione. c. querelam. de elect. & præsentatione. c. consultationib. & c. ex literis. de iure patr. Ad eò quidem, vt prouisus à possessore, præferatur ei, qui à vero collatore ius habet. Panor. d. c. consultationibus. in fi. Annumeratur enim fructibus collatio. gl. c. cum olim. de maior. & obed. Fructus † autem possessio- 2  
rem

rem sequuntur, non dominum. l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. do. §. si quis à non domino. de re. diui. Sane cum simus in actibus, qui familiaritatis iure concedi non solent: vnico actu † conferēdi, quæritur hæc quasi possessio. l. i. §. quæsitum. ff. de aqua quoti. c. cum de beneficio. de præb. in 6. glo. c. cum Ecclesia. de causa. poss. Si tamen effectum habuit collatio: Innoc. c. 2. de in integ. restit. Alioqui diceretur labia sua tantum possidere. Panor. c. cum olim. 4. not. de caus. poss. Nec oberit † possidenti mala fides: cum qua etiam in incorporalibus, quasi possessio acquiritur. Innocē. d. c. cum ecclesia. Licet ad effectum collationis, aut alterius actus, bona fides desideretur. Panor. d. c. consultationibus. & d. c. cum ecclesia. num. 26. Hoc est, vt credat qui confert, se id ius habere. c. si virgo. 34. qu. 1. Neque † enim facit fructus suos malæ fidei possessor. c. grauis. de resti. spo. Scientiaque † & patientia, eorum quorum interest, requiritur. Innocen. d. c. 2. Decius 126. in fin. Sine quibus, in incorporalibus, non acquiritur quasi possessio. l. 2. C. de seru. & aqu. Vltima † autem & immediata collatio spectatur. l. si mater. C. ne de sta. de fun. d. c. cum ecclesia. Old. 302. Actus enim medius possessionem interrumperet. d. c. cum olim. vbi Panor. 4. nota. Nec nos † mouerit, quod secūda possessio, in dubio clandestina præsumatur, & iniusta: c. licet causam. de prob. ideoque vincat cæteris paribus in interdicto retinendæ, qui antiquiorem possessionem probat. Bart. l. si duo. col. 2. ff. vti possid. Nam hæc præsumptio cessat, vbi constaret, veterem possessorem, posterioris scientiam habuisse, nec cōtradixisse. Bal. l. non ignorabit. C. ad exhib. Ex hoc. n. videtur prior possessio interrupta. l. clam. §. qui ad nūdinas. §. de acq. pos.

De

## De sequestro. CAP. VI.

## SUMMARI A.

- 1 *Sequester an conferat beneficia.*
- 2 *Sequestri finis.*
- 3 *Sequester omnis confert.*
- 4 *Expositum. c. cum Bertoldus.*
- 5 *Laici non tractant spiritualia.*

**S**ED cur † sequester qui non possidet: l. inter-  
esse. ff. de acquir. posses. beneficia confert. In-  
nocen. c. examinata. de iudi. Quia inquit  
prælaturæ fructus percipit: quibus sæpe diximus  
collationes annumerari. gloss. c. cum olim. de ma-  
io. & obed. Quæ ratio nonnullis displicet, cum  
hi fructus alieno nomine percipiantur: cap. cum  
Bertoldus. de re iudi. Et alterius nomine collecti  
fructus restitui debeant. c. cum contra. de pign. c.  
i. de vsur. nō cadat autem restitutio, in præterita  
beneficij collatione, Panor. c. ex literis. de iur. pa-  
tro. Et quia fieret † contra finem sequestri, ad hoc  
ordinati, ne dissipentur fructus, sed futuro vi-  
ctori conferentur. c. 1. & 2. de seq. poss. & fruct.  
Alij non fat bene, vt mea fert opinio, voluntari-  
um sequestrem à necessario distinguūt. Sel. q. 9. 2.  
part. Nos breuiter † putamus non tantum seque-  
strem voluntarium, hoc est simultanea partium  
voluntate electum, conferre posse: cū possideat,  
l. licet. ff. de posi. sed etiam necessariū, id est Iudi-  
cis autoritate datum. gl. §. item voluit. de colla.  
in prag. Cū omnia beneficij iura exercere pos-  
sit. gl. Clem. 1. de seq. poss. Et licet non possideat,  
d. l. interesse. fructus tamen colligit. Nec potest  
verus dominus, propter dubium litis euentum

conferre. Et interest ecclesiæ vacanti, de clerico,  
 4 quàm citissimè prouideri. Quo fit † vt non ob-  
 stet Innocent. III. constitutio. d. c. cum Bertold.  
 In qua ideo non præsentat creditor, pignoris no-  
 mine tenens ius patronatus: quia subest persona  
 legitima, nempe verus dominus, quæ præsentet,  
 quod & alibi attigimus. lib. 3. Miscel. c. 2. Hæc au-  
 tem ita accipi volumus, si sequester iuris confe-  
 5 rendi sit capax, quia clericus. Namque † laici,  
 spiritualia tractare omnimodo prohibentur. ca.  
 decernimus. de iud. c. causamque. de præscript. Et  
 ideo laicum sequestrem, nullo casu conferre pos-  
 se, verius est.

## CAP. VII.

## De capitulo sede vacante.

## SUMMARI A.

- 1 Collatio beneficij est donatio.
- 2 Capitulum sede vacante non confert.
- 3 Capitulum succedit in necessarijs.
- 4 Capitulum sede vacante commendat.
- 5 Mandatario fit collatio necessaria.

**V**ERVM enim uerò, quoniam collatio be-  
 neficiorum, fructibus annumeratur, glos.  
 c. cum olim. de mai. & obed. quos futuro  
 successori reseruandos constat: c. cum vos. de off.  
 1 ordi. c. fin. eod. titu. in 6. Et donatio † quædam est,  
 c. fin. de offi. vica. in 6. utitur quippè liberalitate  
 prælatus, in cui vult conferendo: ca. relatum. vbi  
 gloss. de præben. c. post electionem. in princip. de  
 conces. præben. donare autem prohibetur is, cui  
 libera bonorum administratio conceditur: l. con-  
 tra. §. si filius. ff. de pact. l. filius. §. 1. ff. de donat. ca-  
 pitulum

pitulum † sede vacante, licet in his quæ sunt iurisdictionis, plenè succedat: c. his quæ. ca. cum olim. de mai. & obed. vbi ea iure communi episcopo competunt. Panor. c. verum. nu. 9. de foro compe. Conferre tamen beneficia non poterit, ca. illa ne sed. vacan. quamuis beneficiorum collatio, ad episcopum pertineat, iure deuoluto. Panormit. d. c. cum olim. Cùm vtrobiq̃ue sit eadem ratio, & hic casus, expressus in iure non legatur. Negat autem Honorius pontifex, d. c. illa. capitulum dare beneficia sede vacante: præterquam vbi nominatim à lege cautum est. Vt cum ad episcopum & capitulum simul spectet collatio. c. vni. in principi. ne sede vacan. in 6. verùm licet non succedat in collatione capitulum. dict. ca. illa. electos tamen confirmare poterit, d. c. cum olim. & instituere præsentatos. c. 1. de Institut. in 6. Licet enim collatio, actus sit voluntariæ iurisdictionis, atque ideo extra territorium, etiam Romæ, gloss. §. item circa. de colla. pragm. possit exerceri: l. 2. ff. de offic. procon. gloss. c. nouit. de offic. lega. instituere tamen, confirmare, & cætera id genus, necessitatis sunt. Tenetur quippè superior electum, & præsentatum, non indignos confirmare vel instituere. c. nobis. & tot. titul. de iure patron. ca. decernimus. 16. quæsti. 7. Succedit autem † capitulum ferè semper, in ijs quæ necessariæ sunt iurisdictionis, gloss. Clemen. vni. §. 1. de hæred. Vt & in licentia ordinandorum, c. cum nullus. versicu. Episcopo. de temp. ord. in 6. absolutione excommunicatorum. c. vni. de maior. & obed. eod. libr. & similibus. Cùm tunc liberalitas nulla exerceri dicatur, l. rem legatam. ff. de adi. leg. ideoque nullius præiudicij existimentur. Hostien. & Imol. dict. cap. illa. Qua ratione, & capitulum,

D 5                      quod

quod dare beneficia non potest: œconomum tamen, & administratorem ecclesiæ vacanti præficiet. ca. cum vos, de offi. ordin. Panor. ca. cum nobis, vlt. not. de elect. Et commendare ꝑ ecclesiam poterit, donec fuerit prouisum de pastore. capi. bonæ, vbi Panor. nu. 14. de appel. c. fin. de stat. monacho. Hoc enim necessarium est propter moræ & diutinæ vacationis periculū. ca. is cui. de elect. in 6. iuncto cap. ne pro defectu, eod. titu. in Anti. Nec futuro successori damnum irrogatur, qui liberè poterit cōmendatarium, nedum œconomū reuocare. ca. nemo deinceps, de ele. in 6. Adduntque alij eadem ratione, Collationes beneficiorū necessarias, capitulum sede vacante facere posse. Vt quæ nominatis fieri debent. Rebuff. §. si quis verò, de collat. in concor. & tract. nomina. qu. 8. & 14. Cui sententiæ non inuitus me opposuerim. Cum hic casus lege expressus non sit. Et in collatione beneficiorū, nunquam vt diximus, vacante sede succedat capitulū, nisi vbi lege nominatim cauetur. d. ca. illa. Præterea quia ꝑ collatio quæ fit mandatario, necessaria videtur, vbi præsertim mandato insertum est decretum, aut præcessit inhibitio executoris. ca. si soli, de concess. præb. in 6. Et tamen eam sede vacante, capitulum facere nequit, ca. eam te, de rescrip. Nec ab hac mea sententiâ, pontificiæ legis Glossarij abhorrere mihi videntur. gloss. Clem. §. 1. de hæret.

## De vicario Episcopi. Cap. VIII.

## S V M M A R I A.

- 1 Vicarius quæ sunt gratia, non explicat.
- 2 Vicarius non confert beneficia.

3 Vica

- 3 *Vicarius an extra diocesim conferat.*
- 4 *Beneficij verbo maiora veniunt.*
- 5 *Adiutor confert beneficium.*
- 6 *Vicarius non confert Episcopo.*
- 7 *Deuolutio non fit de vicario, ad Episcopum.*
- 8 *Vicarius vicarij vicario confert.*
- 9 *Reuocationem ignorans si conferat.*

**H**is consentanea sunt, quæ de vicario Episcopi legimus, vt tametsi quæ sunt meræ gratiæ, expedire non possit: atq; ideo sine speciali mandato non conferat beneficia: c. fin. de offi. vicar. in 6. Cum collatio sit donatio, ca. relatum, de præb. ca. post electionem, de concess. præbend. quæ non venit in generali concessione. l. contra, §. si filius, ff. de pact. l. filius, §. i. ff. de dona. Quæ tamen sunt iustitiæ & necessitatis, explicet. gloss. §. item voluit, de collat. prag. vt dare licentiam ordinandis, ca. cum nullus, vers. episcopo, de temp. ord. in 6. absolueret excôunicatos, ca. vn. de maio. & obediens. in 6. confirmare electos, ca. ex frequentibus, de insti. gloss. d. ca. fin. instituere præsentatos, dict. ca. ex frequentibus. Roma. sing. 701. & conferre beneficia, ex causa permutationis resignata, si potestatem recipiendi renuntiationes, ab Episcopo habeat. Gem. d. ca. fin. de offi. vicar. Quam sententiam, tametsi contradicat Rota. 43. in Antiqui. ego verissimã puto. Cum tunc collatio non sit voluntatis. l. vnum, §. i. ff. de leg. 2. Neque enim possunt huiusmodi beneficia, nisi permutatibus conferri. Cle. i. de rer. permut. Et communis vsus receperit, vt eodem contextu, quo admittitur vtriusq; renuntiatio, vtriusque collatio pariter fiat. Vndè cum hæc non recipiant vllum temporis interuallum, con-



- concessione vnus, alterum quoque demandatum, necessario dici debet. l. 3. §. fin. ff. de pen. leg. l. veteres, ff. de itin. l. 2. ff. de iurisd. ca. præterea, ca. suspicionis, de offi. deleg. Porro autem vicarius speciale mandatum habens, beneficia procul dubio conferet. d. cap. fi. de offi. vica. in 6. Etiam  
 3 extra † diœcesim, gloss. §. item voluit, de collat. prag. cùm collatio sit actus volūtarię iurisdictionis: ca. post electionem, de concess. præb. quæ extra territorium exerceri potest. leg. 2. ff. de offic. procons. Et vicarius sicut Episcopus ordinarius fit: Pano. ca. duobus, de re iudic. Ordinarius autem, vbicunque etiam extra diœcesim conferre valeat. gloss. c. nouit, de offi. leg. Quam sententiã vsu seruari, docti viri testantur. Boer. decis. 30. Nec obstat Greg. x. ca. statutum, de præbend. in 6. constitutio, quæ in casu speciali, nempe in beneficijs vacantibus in curia loquitur. Gemin. d. ca. fin. Poterit quoque vicarius, mandatum habens ad conferenda beneficia, dignitates conferre.  
 4 Rot. 437. Beneficij nanque † verbo (vt alibi dictũ est) in tractatu fauorabili, omnia in vniuersum beneficia, etiam suprema continentur. capit. 1. de maled. ca. 2. de præb. in 6. Eadẽ ratione † dicamus, auditorera à Papa in curia Romana deputatum: (cui potestas est post sententiam conferendi beneficium) Cle. auditor, de resc. dignitatem quoque, si de ea controuersia fuerit, iure conferre.  
 6 gloss. d. Clem. auditor. Ipsi tamen Episcopo nullum poterit vicarius conferre beneficium. Rip. resp. 23. tit. de rescript. Cùm enim censeantur vnum corpus, cap. 2. de consue. in 6. ca. Romana, in princ. de appel. eod. libr. ideoque de vicario † ad Episcopum non fiat deuolutio: Rebuff. tract. no. qu. 14. num. 63. Sed suæ facilitati debeat Episcopus  
 impu-

imputare. Qui tam imprudentem vicariū eligit. §. præterea, qui. mod. re cont. obli. §. fina. de socie. Sicut nec sibi ipsi, ita nec episcopo conferre beneficium poterit vicarius. ca. fin. de instit. ca. per nostras, de iur. patro. Quamuis t̄ delegatus à vicario, habente potestatem substituendi possit vicario conferri. Rebuff. vbi sup. & in §. præfati que ordinarij, de coll. prag. Cū substitutus hic, ab Episcopo potestatem capiat, non à vicario, cap. i. cum not. de offic. vicar. in 6. Vndè iure Episcopi non vicarij substituentis, conferre videatur. l. item, §. decuriones, ff. quod cuiusque vniuersi. Enimvero si à vicario reuocationem ignorante collatū fuerit beneficium, tenet collatio. l. si forte, ff. de offic. præsid. Innoc. ca. ex conuentione, de rest. spol. Vt enim iurisdictionē non acquirit vicarius, priusquam sciat, ita nec t̄ ignorans ademptam fuisse, illam amittit. cap. Ecclesia, 2. vt lit. pend. cap. audita, de restit. spol. Nec impedit renuntiationis aut alterius actus effectum, reuocatio procuratoris non intimata. cap. ex parte Dec. de rescrip. Clem. vn. de renuntiat.

## De executore. Cap. IX.

## SUMMARI A.

1 *Executor quando conferat.*

2 *Executor non reseruat.*

**Q**uod verò ad executorem t̄pertinet, siquidem is ad compellendum duntaxat datus sit, beneficij conferendi non habet potestatem. ca. si soli, de concess. præb. in 6. Ad prouidendum verò deputatus, non tantum cōfert, sed etiam collationem ei ad quem spectat iure communi, interdicit. Et sicut legatus de latere, collationi

tioni suæ referuat. ca. 1. c. 2. ca. si capitulo, eod. tit.  
 2 in 6. Licet de beneficio † nondum vacante, pro-  
 uidere nequeat, ca. proposuit, de conces. præb. in  
 Ant. aut reservationem beneficiorum facere ge-  
 neralem. ca. executor, eod. tit. in 6. Et hæc in hanc  
 partem, qua de personis collatorum egimus, com-  
 pendiosè dicta volui. Valentia. 8. Nouembris,  
 1546.

## Pars Tertia.

Quales eos esse oporteat, quibus beneficia  
 conferuntur de clericatu.

## CAP. I.

## SUMMARIÆ.

- 1 *Tonsura confert ordinem.*
- 2 *Sanctimonia supplet defectum.*
- 3 *Probitas regulas iuris mutat.*
- 4 *Clericatus non presumitur.*
- 5 *Clericatus scripto probandus.*
- 6 *Presbyteratus literæ ordines non probant.*

**O**fferunt sese nunc tractanda, personæ quali-  
 tas, cui de beneficio prouideri debet. Et  
 in primis cõstat, sacris eam iniciatam esse  
 oportere. cap. cum adeò, de rescr. ca. ex literis, de  
 transact. Cùm laicus, spiritualium iurium capax  
 non sit, ca. decernimus, de iud. c. causamq; de præ-  
 script. adeò quidem, vt licèt satis sit, promouen-  
 dum primam habere tonsuram: d. c. ex literis, vbi  
 I Pano. 4. not. cùm † per eam conferatur clericalis  
 ordo: ca. cum contingat, de æta. & qual. non tamẽ  
 sufficiat animi destinatio, l. ex eo, ff. de milit. test.  
 concurrente etiam habitu clericali. Pano. & alij,  
 ca. 2.

ca. 2. de inst. & in d. ca. cum adeo. Etiam si esset regularis conuersus, qui licet Innoc. Secundi priuilegio, cap. si quis suadente, 17. qu. 4. fruatur, cap. non dubium, vbi glos. de sent. excom. spiritualis tamen non est, vnde beneficia aut alia spiritualia iura, quæ non nisi spiritualibus sunt cõmittenda personis. c. decernimus, de iur. ante tonsuram habere non potest. Innoc. Pan. & cæteri, d. ca. 2. Nec enim sola voluntate personæ, sicuti nec res spirituales fiunt. l. 3. C. de furt. Quando non soleat pro perfecto destinatum haberi, l. cætera, §. sed & si. ff. de lega. 1. id quæ Bonifa. viij. in persona nepotis sui, seruasse Canonistæ referunt. Arch. c. nulli, 12. qu. 1. doct. d. c. cum adeo. Ob eximiam tamen vitæ sanctimoniam, & singularem viri probitatem etiam ad episcopatum, laicum euehi posse, plerique putat. Nicolai, Seueri & Ambrosij exemplo adducti. Hic enim, nondum ex aqua baptismi, spiritualiter renatus: illi verò ex lanificio assumpti, in Episcopos sunt electi. ca. statuimus, §. his omnib. 61. dist. Nec est nouum tamen propter insignem vitæ integritatem, cõtra iuris regulas aliqua cõstitui. l. si à bonæ fidei, ff. de rei vënd. c. in literis, de test. Licet enim cõsanguineorū, familiariumquæ iudiciū & testimonium suspectum sit: l. qui iurisd. ff. de iurisd. l. idonei cum vulg. ff. de testib. nec soleant subornationis metu, post publicata testimonia recipi testes: auth. at qui semel, C. de probation. Clem. si. de testib. notæ tamen probitatis homo, & iudex, & testis, in cognatorum atque adeo fratrum negotijs poterit esse. Specul. titu. de iud. de leg. §. superest, Imol. cap. cum R. de offic. deleg. Nec publicatis licet attestationibus, in eius causa, testes recipi prohibentur. Bald. ca. præterea, de testi. cog. Quando non sit verisimile, integræ, & ex-

& exploratæ fidei hominem, testes seduxisse aut subornasse, l. non omnes, §. à barbaris, ff. de remil. d. l. si à bonæ fidei. quod & alijs multis Iason comprobat, l. iubemus, C. de iudicijs. doctorum autoritatibus duntaxat pro more suffultus, quæ tamen nec satis fundatæ sunt, nec vt arbitrator, in iudicijs reciperentur. Et quæ ex historia, de Nicolao, Seuero, & Ambrosio prodidimus, dict. ca. statuimus, §. his omnibus. per Dei de Nicolao reuelationem, aut subitam columbæ super Seueri caput quiescentis terræque pro cathedra, Ambrosio exurgentis visionem contigerunt. Archid. d. §. his omnibus. Vndè diuina sunt, & admiranda quædam miracula, quæ in humanæ actionis exemplū produci non debent. ca. fi. §. fi. in fin. 4. q. 3.

4 Clericatus autem † qualitatem nō præsumi, cum non à natura, sed extrinsecus veniat, manifestum est. Inno. ca. super his, de accusat. Proindeque allegatam probare oportebit. l. si per alium. §. fi. ff. ne quis eum, doct. ca. si iudex laicus, de sent. exc. in 6. Non quidem testibus, iure ciuili, sed literit † Episcopi, l. si qua, C. de episco. & cler. quas testimoniales vocant. Guid. Pap. quæst. 582. Licet pontificia lege sit receptum, clericatum testibus, ca. 2. & 3. de cler. pen. regu. doct. d. l. si qua. atque adeo vnico teste, Bald. & Felin. ca. licet vniuersi, de testibus, Boer. qu. 171. probari posse. Sed nec

6 satis † esset sacerdotij, seu presbyteratus proferre literas, Bar. l. illud, ff. de acquir. hæredit. nisi priores omnes ordines, nempe, tonsura, subdiaconatus & diaconatus à proprio Antistite, aut ab alieno cum literis dimissorijs, suscepti quoque probentur. Innoc. & Feli. d. cap. super his, Chass. tit. des iustices, §. 6. Alioqui per saltū promotus præsumetur, Butr. ca. 1. de cleric. pereg. quo casu

NON

non valet prouisio ei facta, quomodocunque de beneficio. Præpos. cap. sollicitudo, 52. dist.

## CAP. II.

## De spurijs non promouendis.

## SUMMARI A.

- 1 *Illegitimi beneficiorum incapaces.*
- 2 *Spurius quandoque Papa creatur.*
- 3 *Gratianus ex adulterio natus.*
- 4 *Monachismus omne vitium purgat.*
- 5 *Episcopus an cum illegitimis dispenset.*

**E**X his patet spurios, † & alios non ex iustis nuptijs natos, per sequens matrimonium, c. tanta, qui fil. sint legit. aut Papam, §. fi. quibus modis nat. effi. sui, coll. 7. non legitimatos, gloss. §. inter eos de num. & qualit. Cardin. prag. secularium dignitatum quantumuis capaces, l. generaliter, §. spurios, & l. spurij, ff. de decuri. ab ecclesiasticis tamē beneficijs repelli. ca. innotuit, de elect. ca. 1. & 2. 52. dist. Cum nec ad sacros ordines, etiam minores, citra dispensationem, cap. 1. de fil. presb. in 6. promoueantur. ca. 1. eod. tit. in ant. Tum ob ordinis prærogatiuam & excellentiam, quam indignum nimis esset, turpiter natis conferre, c. inter dilectos, de excel. præla. tum in detestationem paternæ incontinentiæ, ca. eccles. 1. q. 4. cuius exemplum in filijs, lex non sine causa timet. l. quisquis, §. filij. C. ad leg. iul. maiest. recepto vulgo diuerbio.

*Sæpe solet similis filius esse patri. gl. c. fi. de fil. presb. in 6.*

Tanta fateor potest esse morum honestas, & virtutis sanctimonia, vt non tantum sacris initiari, ad

E

eccle-

ecclesiasticumq; beneficiū promoueri, ca. literas, eod. tit. in ant. verum etiam ad supremam Papatus † dignitatem, spurius euehi possit. ca. Ofius, 2 56. dist. Idque † Gratianus (qui & ipse ex adulterio natus perhibetur) multis cōfirmat exemplis. d. ca. Ofius. Spurius præterea, qui Monachismū, 3 aut regularem ordinem profitetur, iure sacris 4 initiatur. ca. 1. de fil. presb. ca. 2. 57. dist. Cum † abstergat humanam omnem maculam monachalis vita. §. 1. in prin. de mona. col. 1. Adeo quidem, vt per eam ingritudinis vitium deleri, à Gratiano, ex nouella proditum sit. cap. fi. 19. qu. 3. Quo nomine, Gratianus Monachus, in monachorum causa plerisque suspectus est. Alciat. Parerg. 4. ca. 23. Cum nullum in nouella Iustiniani tale caput legatur. Sed potest vtrunque defendi, Gratiani sententia, ex iam dicta Iustiniani constitutione. 5 d. §. 1. de monach. Denique † cum illegitimè natis Episcopus dispensat. ca. veniens, ca. ex transmissa, de fil. presby. gloss. d. ca. 2. 56. dist. Præterquam in Episcopatu, cap. innotuit, de elect. & ecclesia paterna. ca. dilectus, de fil. presby. Ad quæ ex solius Roman. Pontif. dispensatione, spurius promouetur. gloss. dict. ca. 2. & d. ca. dilectus, Panorm. ca. fin. de fil. presbyt.

## CAP. III.

## De ætate beneficiandorum.

## SUMMARI A.

- 1 *Aetas legitima in beneficiarijs.*
- 2 *Impubes non est canonicus.*
- 3 *Impubes quando capax primæ tonsuræ.*
- 4 *Cathedralis & collegiata Ecclesia.*
- 5 *Canonicus qua ætate suffragium ferat.*

- 6 *Presbyteri etas.*
- 7 *Abbatis, & abbatisse etas.*
- 8 *Prioratus conuentualis qui.*
- 9 *Episcoporum etas.*
- 10 *Inquisitor quadragenarius.*
- 11 *Christiana admonitio.*
- 12 *Hæreticorum iudices quales.*

**P**ORRÒ non satis † est, quem ex iustis nuptijs  
 editum esse, nisi legitimæ sit ætatis. ca. cum  
 in cunctis, de elect. Cle. 1. de ætat. & qualit.  
 Neque enim pueri cum iudicio careant, l. cum  
 prætor, §. pen. ff. de iud. nec stabilè habeant men-  
 tem, l. si. C. de test. mili. vtpotè rationis expertes,  
 cap. firmissimè, 15. qu. 1. idonei sunt ab beneficia  
 obtinenda, quibus deservire non possunt, cap. su-  
 per inordinata, de præb. Indecorum esset quippè  
 vt Alex. iij. dicebat, ca. 3. de æta. & qual. eos eccle-  
 sijs præficere, qui non nouerunt gubernare seip-  
 sos. Quæ ratio, cum in simplicibus quoque bene-  
 ficijs militet, canonijs præsertim, (ad quas pro-  
 moueri debent, qui ecclesijs consulere possint)  
 Card. Alex. ca. de his, 29. dist. aduersus plerosque  
 gloss. cap. si eo tempore, de rescript. in 6. dict. cap.  
 super inordinata. verius existimo, impuberes †  
 canonicatum cæterorumq; beneficiorû simpli-  
 cium, nedum curatorum, iure prorsus incapaces  
 esse. Canonix enim, & curata beneficia dignita-  
 tem redolent: c. statutum, in princ. de rescript. in  
 6. d. cap. cum in cunctis, §. inferiora. impuberes  
 autem, ad honores admittendos non esse, tametsi  
 cogat necessitas, iam diù receptū est. l. 2. §. si. ff. de  
 iur. immunita. Nisi tamen ex Papæ dispensatio-  
 ne, c. ex eo. de elect. in 6. aut si talia sint beneficia,  
 quæ nullam consilij maturitatem exigant. Vt mi-



nora, pro seruitio aliquo temporali ordinata, Panor. d. ca. super inordinata, quæ idcirco laicis, (vt suo loco dictum est) assignari possunt. gloss. cap. cum M. de constit. Nec obstat quod † impubes post septennium primam tonsuram recipiāt, cap. fin. de temp. ord. in 6. & ad minores ordines promoueantur: ca. in singulis, 77. dist. cum enim ordinari omni ex parte non possint, vtpotè prohibiti, ad sacros veluti subdiaconatum, diaconatum & presbyteratum, ca. à multis, vbi Panor. de æta. & qual. promoueri, c. pueri, 1. quæst. 1. Cle. fin. de æta. & qual. hoc necessariò nihil infert, quamquam non me fugit, canonicatum ecclesiæ Collegiatæ, non cathedralis, ex Regul. Cancellariæ 17. pueros, decem annorum capaces esse. Cathedralis autem † ecclesia, & si de iure omnis collegiata sit: ca. nouit, ca. quanto de ijs quæ fi. à præl. vt & regularis: cap. 2. de stat. monach. non tamen omnis collegiata est Cathedralis. Cardin. Cle. 2. col. 3. de æta. & qual. Sed ea dicitur, in qua est collegium canonicorū, arcam, l. 1. ff. quod cuiuscunque vniuers. tractatumque communem, ca. tertio loco de probat. & commune sigillum, ca. significauit, de app. habentium. Feli. cap. accedentes ad prin. de præscrip. gloss. ca. sicut, §. quibus de elect. prag. Puberes verò quęcunque simplicia beneficia, licet rectoriæ sint, statim post 14. annum obtinere iure possunt. c. indecorum, de ætat. & qual.

5 Licet hodie † canonicatum adepti, suffragiū seu vt dicunt vocem, non habeant in capitulo, gloss. Cle. fin. de ætat. & qual. nisi post 17. annum. Curata verò beneficia, ante 25. annum haberi nequeūt. cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. Cum curam animarum non exerceat, nisi presbyter. c. licet canon, de elect. in 6. Et ad presbyteratus  
† ordi-

†ordinem, 25. annum duntaxat nactus, promouetur. Clem. fin. de ætat. & qualit. Idque hodie gratiosè indultum est. Nam nouella lege, §. clericos, de sanctiss. episcop. collat. 9. Iustiniani 35. annis minores ad sacerdotium ordinari prohibebantur. Ex Bonifacij verò constitutione, saltem 30. annorum eos esse oportuit. cap. 1. cum sequent. 78. dist. Et olim 40. Theophil. §. proponebant, de iur. natur. Idemque in Archidiaconatu, Decanatu, Præpositura, alijsque inferioribus ministerijs ecclesiasticis traditum est. dict. §. inferiora. Quibus † cum abbatia connumeretur, consequens est in abbate 25. annum sufficere. Panor. dict. cap. cum in cunctis, in princ. Tametsi in abbatissa, quam olim virginem sexagenariam esse oportebat, ca. iuuenulas, 20. quæst. 1. tricesimus annus exigatur. cap. indemnitatibus, de elect. in 6. At hoc ad abbatem nihil infert. Cum enim exemplo turpissimum Pompon. dicat, l. si ita scriptum, ff. de leg. 2. foeminino vocabulo masculos contineri: credendum non est, legem de abbatissa loquentem, ad abbates extendi. Clem. attendentes cum gloss. de statu. monach. In prioratibus † quoque conuentualibus, hoc est, in quibus plures collegialiter intersunt, capit. nobis, cum gloss. de iure patro. quamuis non eligant, Old. consil. 281. quia fortè est prioratus manualis, 25. annus desideratur. Clemen. 1. §. cæterum, de statu monach. Licet in curatis non conuentualibus, vicesimus sufficiat. dict. §. cæterum. Sed & in illis per concordata, 33. completum esse sufficit. Vt per regem Romano pontifici, nominatio fieri possit. §. monasterijs, de reg. ad prælat. not. fact. in concord. At verò in † episcopatu, superioribusque dignitatibus Pontificiæ leges, annum tricesimū exigunt.

d. c. cum in cunctis, & §. i. de nu. Cardin. pragmi.  
 Cum & ea ætate Christus baptizatus fuerit, &  
 cœperit prædicare, ca. presbyt. 78. dist. cuius le-  
 gatione Episcopi funguntur. ca. in nouo. 21. dist.  
 10 ca. omnis, 7. qu. i. Sanè in t̄nquisitoribus hæreti-  
 cæ prauitatis, quadragesimum desiderant, Clem.  
 nolentes, de hæret. Quod mirum plerisque non  
 iniuria visum est, cum 30. anni in Episcopo suffi-  
 ciant: dict. ca. cum in cunctis. qui tamen & ipse  
 inquisitor est. capitu. per hoc. de hæret. in 6. Nec  
 aliud posse dici video, quàm quod Panor. d. cap.  
 cum in cunctis. censuit, Episcopum solenniter  
 eligi, magnaque cum rerum omnium disquisitio-  
 ne, apud Roma. pontif. in Cardinalium collegio  
 promoueri. Cuius fides, & grauitas sic explora-  
 ta, nemini suspecta esse aliqua ex parte debet, l.  
 vn. in fin. ff. de offic. præfe. prætor. Inquisitores  
 verò quoniam causa non tam exactè cognita, sed  
 tumultuariè quodammodo creantur, ætate matu-  
 11 riores lex esse voluit, quò t̄ intelligant omnes,  
 non temerè, non iracundè, non inexploratè, in-  
 simulatos hæresis irrumpendum, sed sapienter,  
 12 & cum summa t̄ animi prudentia, tractandum  
 esse tale negotium. Clemen. i. de hæret. Quanto  
 enim maius est periculum, tanto cautiore &  
 prudentiores iudices esse oportet: cap. vbi peri-  
 culum, de elect. ne (quod nonnunquam fieri vi-  
 dimus) specioso huius criminis prætextu, à sy-  
 cophantis, & nequissimis hominibus, pios & in-  
 nocentes viros, opprimi contingat: dict. Clem.  
 1. vt & alibi admonui. libro quinto, Miscel. capi.  
 18. & 19.

CAP.

## De coniugatis, &amp; Bigamis.

## SUMMARI A.

- 1 Coniugati non tenent beneficia.
- 2 Bigamus beneficiorum incapax.
- 3 Bigamus quis.
- 4 Vxorem adulteram cognoscens, an bigamus.
- 5 Castimonia præsuntur.
- 6 Deus ignorantes non punit.

**S**ine t̄ vxore præterea eum esse oportet, cui de beneficio prouidetur. ca. diuersis, de cler. coniuga. Ideoque coniugati, qui ordinari prohibentur, ca. præterea, 28. dist. beneficiorum sunt incapaces: ca. 2. c. cum decorem, de cler. coniug. obtentaque ante nuptias beneficia dimittere coguntur, ca. 1. c. diuersis, eod. tit. pariterque bigami: hoc est, (vt compositum ex proprio, & peregrino, vocabulum indicat) qui secundas t̄ nuptias inierunt, cum ad sacros ordines promoueri summa ratione non possint, c. 1. c. 2. c. maritum, 13. dist. gloss. in sum. 26. dist. ex Episcopi etiam dispensatione, ca. 2. vbi gloss. & Panor. de biga. merique laici existuntur: ca. vn. de biga. in 6. beneficia Ecclesiastica, tenere nequeunt. dict. c. vn. de biga. in 6. Illum t̄ autem propriè, & verè bigamum dici constat, qui duas vxores, diuersis temporibus habitas cognouit: c. deinde, 26. dist. quasi binæ vxoris maritum. c. aperiant, 31. q. 1. Sic. n. Monogamum vnius vxoris virum dicimus. c. vnius, 26. dist. Et trigamum, qui tres, octogamū qui octo habuit vxores. d. ca. aperiant. Cæterum legis interpretatione, is quoque bigamus intelligitur, qui viduam à priore marito cognitā, c. feriatim,

32. dist. aut puellam vitiatam, ca. præcipimus, 34. dist. vxorem duxit, quique secundum matrimonium de facto contraxit: ca. nuper, de bigam. vel  
 4 vxorem ꝑ adulteram cognouit, ca. si cuius, c. sicut, 34. dist. etiam ignoranter, vt Doct̃or. existimant. Cum hic non agatur de vitio ordinandi, in quo scientia requiritur, sed de Sacramenti defectu, quem quicumque licet ignorans pati potest: proinde Host. non sine periculo promoueri coniugatum dicit, quando pauca sint admodum mulieres, quæ ab iniuria turpium libidinum liberae sint. Illud Ouidianum citans.

*Castra est, quam nemo rogauit.*

Ad hæc præsumptio non tantum sinistra est, atque ideo fugienda: l. meritò, ff. pro soc. sed etiam, contra legem, quæ præsumit ꝑ quæcunq; castum, sobrium & bonum, in omni (vt dicunt) bonitate naturali, cum qua videlicet homines nascuntur, cap. vn. vbi Panor. de scrut. cap. si fortè, vbi gloss. de elect. in 6. nisi euidentissimis argumentis contrarium demonstraretur. ca. dudum, de præsump. Vndè à communi sententia facile recesserim. Cum nec prius ꝑ Deus suis sacramentis nisi scienter delinquentes: c. ex literis, de eo qui cog. consang. vxor. cessentque hinc rationes, Bigami promotionem impediens, quas alibi Doct̃or. gloss. in summa, 26. dist. Panor. rubr. de big. & in cap. fanè, de cler. coniug. accuratè scriptas reliquerunt.

## De scientia. Cap. V.

### SUMMARI A.

1 *Scientia in promouendo necessaria.*

2 *Mona-*

- 2 *Monachi imperiti.*
- 3 *Collatio illiteratis fit nulliter.*
- 4 *Papa contra Dei legem nihil potest.*
- 5 *Scientia qua in clericis exigatur.*
- 6 *Iurisdictionem qui clerici habeant.*
- 7 *Eminens scientia qua.*
- 8 *Papa omnium doctissimus.*
- 9 *Oriundus cur in beneficio praefereendus.*
- 10 *Patria dulcis amor.*
- 11 *Impetrans originem exprimit.*
- 12 *Exterus in Gallia non habet beneficium.*
- 13 *Regularis quando secularibus praeficiatur.*
- 14 *Monachus creatur Episcopus.*
- 15 *Mendicantes quando incapaces beneficiorum.*

**S**cientia † deinde, quæ in spiritualium administratione potissimum necessaria est, ca. nisi §. pro defectu. de renunt. in promouendo exigatur. c. cum incunctis. in princi. de elect. Viris quippe doctis indiget ecclesia, c. cum ex eo. de elect. in 6. non ut ille dicebat, Io. Mona. c. fin. de verbor. signif. in 6. & in d. c. cum ex eo. Nepotulis & afinis deferratis. Cùm non possit illiteratus sacris officijs aptus esse. cap. illiteratos. 36. distinct. Vnde quod dicitur, expertem literarum Monachum esse, posse: gl. c. legi. 16. q. 1. ad ius antiquum referendum est: quo Monachi clerici non erant. c. generaliter, 16. q. 1. At hodie cum omnes promouentur, Pan. c. cum illorū. col. pen. de sentē. excō. (tamen si plures † idiotæ, & ignari sint, cap. ex multa. de vot. & vot. locumque diuerbio plerumq; faciant, Monacho indoctior.) Literati dubio procul esse debent. c. fin. de temp. ordin. in 6. Cum illiteratos ab ordinibus etiam lex Pontificia repellat,

c. præcipimus. 34. distin. c. promittentes. 55. distin.  
 & d. c. fin. & multo magis à beneficijs. d. c. cum in  
 3 cunctis. d. c. illiteratos. Ad eò t̄ quidem, vt si con-  
 ferantur imperitis beneficia, nulla sit ipso iure  
 collatio. Innoc. & Panorm. c. cum nostris. de con-  
 cess. præb. Felin. c. per tuas. de simon. Cum & iam  
 promotos inexcusabilis ignorantia deiiciat. c. si  
 de ætat. & qual. Idque diuinæ legis autoritate.  
 c. omnes. in fi. 38. distin. Ait enim Dominus Osee  
 4. Conticuit populus meus, eo quòd non habue-  
 rit scientiam quia tu scientiam repulisti, repellã  
 te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et alibi. i. Timo.  
 4. Attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. his  
 verbis Timotheo iniungens, vt sacris literis va-  
 cet: quibus vniuersos rem omnem edoceat, ad sa-  
 lutem consequendam spectantem. Quo facilè in-  
 4 telligimus, Papam (qui t̄ contra legem Dei nihil  
 potest) c. sunt quidam, 25. quæst. i. dispensare nõ  
 posse, vt prorsus illiteratus promoueatur, alij li-  
 cet contra. Felin. c. quando. colu. pen. de rescript.  
 Multo que minus Episcopus. Innoc. & Hosti. d. c.  
 cum in cunctis. nisi in promouendo, egregia in-  
 5 dote prædito, magna futuræ diligentia spes sub-  
 esset. Imol. Clem. i. de ætate. & qualit. Eruditos t̄  
 autem clericos esse oportet, non improbatæ le-  
 ctionis studijs, vt Magicorum, Ariolorum, Ma-  
 thematicorum, Alchimistarum, Astrologorum,  
 hoc est, eorum qui prognosticis suis, omnia tur-  
 bant. Non item in figmentis Poëtarum, aut secu-  
 laribus disciplinis, nisi quatenus, ad vsum sacro-  
 rum librorum conducunt, ca. legimus, i. c. turbat.  
 c. relatum. & c. ideo, 37. distin. sed in lege Domi-  
 ni, c. qui Episcop. 23. distin. c. si quis artem. 37. dist.  
 (quam qui ignorat, Christum vtique ignorat) c.  
 si iuxta, 38. distin. & Pontificum cõstitutionibus,  
 si ta-

si tales sint clerici, qui ius dicere debeant. Vt † E- 6  
 piscopi, c. de persona, 11. quæst. 1. & Archidiaconi,  
 præpositi que iurisdictionem habentes. Innocen.  
 Panorm. & alij. d. c. cum in cunctis. Cùm enim se-  
 cundum quod Canones censent, iudicare eos o-  
 porteat. cap. 1. de offic. ordin. in causis præsertim  
 matrimonij, & alijs spiritualibus, statuta Cano-  
 num ignorare non debent. ca. 1. de consang. & aff.  
 Neque verò putandum est, exigì in eis eminentē  
 scientiam, ca. nisi. §. pro defectu. de renunt. hoc † 7  
 est, vt cæteris excellant, peritioresque habeantur:  
 (quomodo placet mihi, scientiam eminentem  
 describere, non cum vulgo, Innoc. Panorm.  
 & cæteri. d. c. cum in cunctis. vt ea sit, qua instru-  
 ctus propositas omnes quæstiones, ex tempore  
 dissoluit, absque vlla librorum reuolutione.) sed  
 competentem, d. §. pro defectu. quam is habere  
 dicitur, qui commode potest, quæ officio suo in-  
 cumbunt explicare. Panormi. d. c. cum in cunctis.  
 Doctissimus † autem omnium esse debet Roma. 8  
 Pontif. Cui vniuersæ reipublicæ Christianæ, cu-  
 ra demandata est, Panormi. ibi. quod posteaquàm  
 legitimè creatus est, & electus, in dubio præsu-  
 mimus, c. licet de vitanda. de electio. quum & ab  
 eo tempore omnia iura in scrinio pectoris habe-  
 re censeatur. c. 1. de constitu. in 6. Licet eum non-  
 nunquam capiat obliuio. ca. præterea. 23. dist. c. fi.  
 30. q. 4. Verùm enim uero, quâuis clerico literato,  
 vndequaq; originem ducat, (eius tamen Episco-  
 po concedente) c. fin. de cle. peregr. c. clericum.  
 72. distin. possit conferri beneficium: c. ad deco-  
 rem. de Institut. si tamen sit doctrinæ, & alterius  
 idoneitatis paritas inter plures Clericos, debet †  
 qui est ex loco beneficij præferri. l. in Ecclesijs.  
 C. de epis. & cler. c. nec emeritis, c. nullus. 61. dist.  
 tum



tum ob residentiam, ad quam dulcedine patriæ allecti, facilius indigenæ, quàm exteri, inducuntur: Panormi. d. c. ad decorem. in fin. (propria siquidem patria, maior cuique videtur, † suavior, & præstantior alia. l. qui habebat. ff. de leg. 3. Accurf. l. fin. C. si ser. expor. Non quia magna, vt Seneca lib. 9. epistol. dicebat, sed quia sua.) vnde Ouid. de ponto.

*Nescio quana tale solum dulcedine cunctos*

*Ducit, & immemores non finit esse sui.*

Tum propter linguæ, & idiomatis similitudinem, Regul. Cancel. 15. & 19. qua mores conformari putantur. c. quoniam cum ibi not. de offi. ordi. Etenim expedit Clericum idioma loci Ecclesiæ intelligere, illudque intelligenter loqui quo plebeculam edocere possit, quæ ad salutem animæ pertinent. Quibus † rationibus factum putamus, vt data paritate impetrationum, indigena beneficij aut vt dicunt, oriundus, extero præferatur. Regul. Cancel. 15. Et gratia surreptitia censeatur, qua forensis impetrans, suæ originis mentionem non fecit. gloss. & Panorm. c. si proponente. de re script. Hoc enim expressum, Papam retardare potuisset, c. postulasti. eod. tit. quem credendum non est, extraneos præficere velle, quamdiu indigenæ idonei reperiuntur. c. bonæ. 2. ad fin. de postu. prælat. c. hortamur. 71. distinct. c. nullus. 61. distinct. 12. Ad hæc nostrum † Galliarum regem priuilegio subnixum ferunt, ne possit quispiam extraneus, in regno, eo non concedente, & sine literis (vt vocant) naturalibus, assequi beneficium. glo. §. nam ecclesiarum proæ. pragm. At verò quoniam indecorum est, disparis conditionis homines Ecclesijs præficere, Clem. 1. de electio. aut in eodem collegio sociari, c. in noua. 16. quæsti. 7. non poterit

rit

rit Monachus, quantumlibet doctus in Ecclesia  
 collegiata seculari † Canonicatum, aut aliud sim- 13  
 plex obtinere beneficium. ca. super eod. de regul.  
 Etiam vt Cald. c. quod Dei. de stat. monach. dice-  
 bat, ex Episcopi dispensatione. Regularia enim  
 regularibus, vt antea diximus, & secularia secu-  
 laribus conferri debent. cap. cum de beneficio. de  
 præb. in 6. Nisi tamen vrgeat necessitas, quia for-  
 tē seculares idonei non reperiantur. c. inter qua-  
 tuor. de stat. monach. Ad ecclesias verò curatas  
 potest quicumque regularis, ad concionandum  
 idoneus, & aptus, singulari prædicationis fauore  
 promoueri. c. in parochia. vbi gloss. 16. quæsti. 1. d.  
 c. quod Dei vbi Panorm. & alij. Tametsi † ex Ca- 14  
 thedrales, id est, Episcopales sint. Clemen. 7. de e-  
 lecti. Possunt siquidem, in tantæ dignitatis grati-  
 am, Panorm. d. ca. quod Dei. & ne periculum ali-  
 quod ex diutina vacatiōe contingat, Card. d. Cle-  
 ment. 1. colum. penult. ad id dignitatum culmen,  
 Monachi, aut alij regulares euehi, ca. statutum. 18.  
 quæsti. 1. d. Clem. 1. etiam si Abbates sint. ca. si abba- 15  
 tem. de elect. in 6. Vel etiam † mendicantes, vt Do-  
 minicani, Franciscani, & Augustiniani. c. quorum  
 dam. eod. titul. Quos tamen aliorum quorumcun-  
 que beneficiorum secularium, Cle. exiui. de ver-  
 bor. significa. vt temporalium rerum etiam ex di-  
 spensatione Papæ, c. cum ad monast. in fin. de stat.  
 monach. incapaces esse constat. Benedict. latè. ca.  
 Raynutius, verbo & vxorem, num. 218. de testam.  
 Cū enim hi omnes eligi possint, c. si religiosus,  
 de elect. in 6. d. c. si Abbatem, d. ca. quorundam. i-  
 donei censerī debent. ca. fin. de postul. præl. c. in-  
 notuit. de elect.

## De corporis &amp; animi vitijs.

## SUMMARIA.

- 1 Clericus vitijs carere debet.
- 2 Vitiatu corpore quis.
- 3 Homicida dicitur & qui non occidit.
- 4 Matthæi locus expositus.
- 5 Deformitas quando promotionem impediat.
- 6 Epilepticus cur non promoueatnr.
- 7 Infirmitas non priuat clericum beneficio.
- 8 Coadiutor qualis dandus.
- 9 Accusatio non priuat quem honoribus.
- 10 Histriones & mimi, arcetur beneficijs.
- 11 Periurus beneficiorum incapax.
- 12 Periurium non priuat ipso facto.
- 13 Crimina que priuant ipso iure.
- 14 Homicida ipso iure non priuatur.
- 15 Homicida an resignare possit.
- 16 Parricida priuatur ipso iure.
- 17 Hereticus ipso iure priuatur.
- 18 Schismaticus quis.
- 19 Schismaticus omnibus beneficijs priuatur.
- 20 Simoniacus quando hereticus dicatur.
- 21 Simoniacus incapax beneficij.
- 22 Apostata inhabilis ad beneficia.
- 23 Falsarius literarum Papa.
- 24 Usurarius est infamis.
- 25 Sacrilegus beneficij incapax.
- 26 Sacrilegorum diuersa pœna.
- 27 Concubinarij beneficijs arcendi.
- 28 Concubinarius celebrans, irregularis.
- 29 Suspensus ab officio quando à beneficio.

**O**PORTET t denique promouendum, neq; 1  
 corporis maculis, c. 2. de cler. ægrot. Leuit.  
 21. neque alicuius infamiæ nota consper-  
 sum esse. c. fin. de furt. c. laici. 33. distinct. Neque e-  
 nim conferri possunt beneficia nisi valido, inte-  
 groque corpore clericis, c. hinc etenim. 49. distin.  
 & bene moratis, c. cum in cunctis de elect. non i-  
 tem corpore vitiat. tot. titul. de corp. vitia. aut  
 infamibus. d. c. fin. de furt. Quibus portæ dignita-  
 tum patere non debent. l. 2. de dignita. lib. 12. C. c.  
 infamibus de regul. iur. in 6. Corpore t autem 2  
 vitiatu significanter dicuntur, qui propria volun-  
 tate abicisi sunt, c. poenitentes. 55. distinct. vt qui  
 pudenda vltro sibi execuerunt, licet credentes  
 obsequium præstare Deo. cap. significauit de cor-  
 por. vitiat. c. his qui. 55. distinct. Aut iusto etiam  
 timore superati. cap. maritum. 33. distinct. Sunt e-  
 nim t sui ipsius huiusmodi homines homicidæ, 3  
 c. si quis absciderit. 55. distinct. non quia iam mors  
 sequuta sit: sed quoniam virilium sectione mo-  
 tis periculum conflare putatur. ca. fin. 87. distinct.  
 Nec t Matthæi locus 19. Eunuchos esse dicens, 4  
 qui se castrauerunt propter regnum cælorum,  
 de ijs accipiendus est, qui verenda sibi ipsis ampu-  
 tant (maledictum enim hoc) Sed de ijs, qui con-  
 tinentes sunt, ob amoremque Christi affectum  
 veneris deuitant. Hinc autem. d. c. significauit. ad-  
 monendi sunt obiter iudices, tam seculares,  
 quam Ecclesiastici, ne temerè in iudicium san-  
 guinis prorumpant, neque enim iudices huius-  
 modi sanguinarij, tametsi credentes hoc nomine  
 se gratificari, & obsequium præstare Deo coram  
 Deo viuento (in cuius manus horrendum est inci-  
 dere.) Heb. 10. vllatenus excusabuntur. d. c. signifi.  
Qui

Qui verò non sua sponte, sed casu, aut per vim, seu infidias hominum ( quibus non malè, seculos in cunabulis, comparauerim. ) cap. ex parte. i. de corp. vitiat. ca. Eunuchus. 55. distinct. Vel à medicis dissecantur, promoueri possunt, & in clero repti non abijciuntur. c. ex parte. 2. de corp. vitia. c. si quis. 2. 3. & 4. c. qui partem cum seq. 55. distin. Idemque generaliter dicendum in ijs qui casu, quocunq̄ue modo percussi sunt, si non insignis inde contingat deformitas, c. 2. & ca. fin. de corp. vitia. nec immineat scandalum. ca. presbyterum, de cler. ægrot. c. i. de corp. vitia. Quarum rerum iudicium, promouentis arbitrio, lex committit.

5 d. c. 2. de corp. vitia. Constat t̄ igitur, eos qui corpore insigniter deformati sunt, aut sibi sua sponte ferrum iniecerunt, cum sacris ordinibus ornari nequeant, beneficia obtinere non posse, quæ sacrum ordinem requirunt vt Abbantias, c. exposuisti de corp. vitia. Episcopatus, c. à multis de æta. & quali. & quæcunq̄ue Curata beneficia. ca. licet Canon. de elect. in 6. c. præterea de ætate & quali.

6 Cumq̄; t̄ Epilepsia, hoc est comitali, seu caduco morbo laborantes, valido corpore non sint, nec sine scandalo ob subitariam totius corporis conuulsionem, diuinis possint deseruire: c. in literis. 7. quæst. 2. Dicendum ad eiusmodi beneficia Epilepticos promoueri non posse, c. cum inter Canonicos, de elect. licet ob eam t̄ aut grauiorem ægritudinem superuenientem non debeat clericus suo priuari beneficio, ca. i. de cler. ægrot. ca. scripsit. c. cum percussio. cum seq. 7. quæsti. 1. quando iniustum sit tam grauem afflictio affliktionem addere, l. diuus, ff. de offi. præf. vt ob molestiam corporis, suo pellatur honore, l. i. §. casum. ff. de postu. l. Caius. ff. de iud. c. indicas. 3. qu. 9. d. c. scripsit.

Quam-

Quamuis si tam grauis, & vehemēs sit ægritudo,  
 vt clericum diuinis inferuire impediat, paraly-  
 psi fortasse, nodosa podagra, aut alio perpetuo  
 morbo laborantem. c. fin. de cler. ægrot. c. vni. eo.  
 titul. in 6. gloss. ca. si quis in infirmitate. 55. distin.  
 Aut affectus morbo Clericus, sine horrore, & ab-  
 ominatione populi, templum ingredi non pos-  
 sit, ei coadiutorem † dari oporteat. virum prouidum & honestum, per quem ecclesiæ consulatur,  
 vt ita non honoris sui titulis, sed eiusdem dum-  
 taxat exercitio, clericus priuetur. c. de raptorib.  
 c. tua. c. penul. & c. fin. de cler. ægr. Denique dixi-  
 mus, oportere clericum cuius opinio vacillare  
 non debet, ca. laici. 33. distinct. nulla criminis, aut  
 infamiæ nota, neque iuris, neque facti respersum  
 esse. c. fin. de furt. Panorm. c. super eod. de electio.  
 Si enim ad seculares honores famosis, aut nota-  
 tis hominibus, non pateat aditus, l. 2. de dign. lib.  
 12. c. inter dilectos de excess. prælato. accusatione  
 præsertim criminis pendente, l. reus. ff. de mune.  
 multominus ad ecclesiastica ministeria, ca. fin. de  
 testib. c. omnipotens de accusa. quæ maiorem pro-  
 mouendi dignitatem exigunt. ca. miramur. in fin.  
 61. distin. c. per venerabilem ad princ. qui fil. sint  
 legi. Itaque licet officij, aut beneficij honoribus,  
 exercitio ve † accusatione pendente, & quod am-  
 plius est sequuta sententia, ( si sit prouocatum )  
 l. vn. §. pen. ff. nil no. appell. pend. reus non priue-  
 tur. gloss. c. sæpè de appell. Commoditate tamen  
 nouæ dignitatis obtinendæ, accusationis penden-  
 tia delatum priuat. d. l. reus. d. ca. fin. & d. c. omni-  
 potens. Ex prædictis, permulta specialius infer-  
 ri possunt. In primis † mimos, histriones, cæte-  
 rosque artis ludicræ causa, in scenam prodeun-  
 tes, quoniam infames sunt, l. 1. ff. de infami. atque

F

mori-

moribus commendabiles non existunt, d. ca. cum  
 in cunctis. Ecclesiastica beneficia obtinere non  
 posse. c. pen. de vit. & hone. cler. d. c. fin. de furt. d.  
 c. laici. Cum & clericorum vestibus, illis uti lex  
 districtè prohibeat. l. Mimæ. C. de episcop. aud.  
**11** §. fin. de sanct. episcop. coll. 9. Periuros † item qui  
 ecclesias regere non merentur, c. querelam de iu-  
 reiurand. non tantum obtinendorum beneficio-  
 rum incapaces esse, c. tua nos de iureiuran. sed &  
 obtentis priuari constat, c. 2. de rescript. ca. acce-  
 dens. de accusatio. nec ijs duntaxat, in quibus pe-  
 ierarunt, dict. c. querelam. sed etiam cæteris qui-  
**12** buscunq̄ue. d. c. tua nos. Nam & † ob periurium  
 clericus deponi debet, c. cum non ab homine de  
 iudic. ipso facto autem, non priuari periurum  
 verius est, Innocen. c. inter dilectos de excess. præ-  
 lat. cum crimen quantumuis execrandum, & de-  
 testabile, (ut homicidium insidiosum, super  
 quo vix Papa dispensat) c. miror. 50. distinct. doct.  
 c. sicut dignum de homic. priuationem, ipso iure  
 non inducat, ca. clericis. ne cler. vel monach. c. ex  
 literis. de excess. prælat. & priuationis poena, ni-  
 si lege nominatim caueatur, imponi non debeat.  
 §. fin. autem. de non eligen. secum nub. coll. 1. l. at  
**13** si quis. §. diuus. ff. de reli. Crimina † autem quæ  
 ipso facto clericum suis priuant beneficijs, at-  
 que ad eò Episcopatu, sunt hæc: hæresis, cap. cum  
 secundum. de hæret. in 6. cap. quo iure vbi gloss.  
 8. distinct. simoniæ labes, quæ in collatione aut  
 alia prouisione beneficij interuenit, capit. ordi-  
 nationes. 1. quæstio. primo. Panormit. cap. cum  
 clerici. de pact. Felin. c. insinuat. de Simo. c. fin.  
 vbi Cardin. 19. distinct. violenta manus iniectio  
 in Cardinalem, c. fin. ad prin. de pœ. in 6. (idem-  
 que si in clericum fiat, ut suo renuntiet benefi-  
 cio,

cio, aut citatus ad Romanam Curiam non acce-  
 dat. Clem. multorum. eod. titul.) denique violen-  
 ta beneficij apprehensio. c. eum qui. de præbend.  
 in 6. Solum t̄ verò homicidium, ratione qua di- 14  
 ximus, non priuat, quem ipso iure beneficio. d. c.  
 clericis. Innoc. ca. cum nostris. de concess. præbē.  
 Vnde poterit, etiam t̄ post sententiam resignari, 15  
 Præpos. c. studeas, 50. distin. si præsertim ab ea fue-  
 rit appellatum. l. qui à latronibus, §. fin. ff. de te-  
 stament. d. l. vnic. §. penulti. nil no. Et ita iudica-  
 tum, in supremo consil. Rebuff. noster refert. de  
 pa. poss. num. 262. Quæ tamen ita accipi debent,  
 si non fuerit homicidium (vt vocant) qualifica-  
 tum, hoc est, si non ex circumstantijs factum sit  
 enormiter grauissimum, c. in quibusdam. de pœ.  
 quia puta assassinatus sit, cap. i. de homicid. in 6:  
 aut t̄ parricidium. Felin. ca. inquisitionis. de ac- 16  
 cusat. Sanè homicida, qui nec ad ordines promo-  
 ueri potest, c. fin. de tempo. ordin. c. de cætero. de  
 homicid. & antè promotus, sacris ministrare  
 prohibetur, c. fin. de cler. pug. in duel. ca. suscepi-  
 mus. de homicid. beneficium, cap. fin. de rescript.  
 in 6. quod propter officium datur, obtinere ne-  
 quit. c. 3. & c. diuersis. de cler. coniug. cap. cum se-  
 cundum. de præbend. in 6. Virum enim sangui-  
 neum, & bellatorem abominabitur dominus,  
 Psalm. 25. & 54. à quo domum suam neque ædifi-  
 cari, neque habitari vult. Paralipp. 28. Hæreti-  
 corum t̄ quoque sacrificia Deus odit, & à se pro- 17  
 ijcit. cap. Odit. 1. quæstio. primo. Vnde si obten-  
 torum quemadmodum diximus beneficiorum,  
 titulo, & possessione, ipso iure priuantur: dicit.  
 c. cum secundum. & d. c. quo iure. multo que ma-  
 gis facultate obtinendorū, c. 2. §. hæret. de hæret. in  
 6. facilius quis obtinendo, quàm obtēto repellatur.



- c. super his. de accus. Nec videtur hoc quicquam habere dubitationis: quando quidem hæretici nõ modò infames sunt, cap. infames, 6. quæst. 1. sed & excommunicati. ca. excommunicamus de hæret. Quibus beneficia conferri non posse, exploratissimum est. c. postulasti. de cler. excommu. Qui autem propriè hæretici dicantur, & de hæreticorum pœnis, alibi diximus, 3. Miscell. ca. 8. eademque ratione dicendum, schismaticos (quo nomine ¶ vocantur qui se ab vnitæte Romanæ ecclesiæ separant, antipapæ adhærentes,) cum ab hæreticis parum absint. c. inter hæresim. 24. quæstio. 3. & excommunicati sint, c. licèt. de vitanda. de elect. c. firmissimè. de hæ. si non probabilis error eos excusat. Panor. rub. de schisma. nec conferret. c. 1. & fin. illo tit. nec obtinere, tametsi ad ecclesiæ vnitatem redierint, citra dispensationem posse. c. quia diligentia. de elect. c. nos autem. 12. distin.
- 18
- 20 Simoniaci ¶ itidem, hoc est, qui de spiritualibus negotiantur, c. saluator. §. 1. 1. qu. 3. licèt hæretici propriè non sint, nisi gratiam Spiritus sancti pretio quæri posse credant: c. conuenientibus. in fin. 1. quæst. 7. Innoc. Panorm. c. quoties. de simo. propter tamen huius criminis immanitatem, quæ tâta est, vt cætera delicta ad simoniæ comparationem pro nihilo reputentur: c. sicut de simo. c. fin. 1. quæst. 7. hæreticis annumerantur: d. c. quoties. c. cum liqueat. c. eos qui. c. fertur. 1. quæsti. 1. gloss. c. si quis pecuniam. 79. distinct. vnde infames sunt, c. fin. 1. quæst. 3. gloss. c. 1. de testib. in 6. infamia iuris, ca. sanè, 15. quæsti. 3. Panorm. c. ex diligenti. de simon. & beneficijs per Simoniam obtentis, quan
- 21 uis ignoranter, non ¶ tantum priuantur, c. penul. de elect. c. insinuatum. c. ex insinuatione. & c. seq. de simon. sed etiam ad alia quæcunq̃ue beneficia, red-

redduntur inhabiles. c. cum clerici. de pact. Nifi  
 cum eis fuerit dispensatum. gloss. d. c. ex diligen-  
 ti. Nec diuersum † in apostatis dicendum, cum & 22  
 hi infames sint, ca. infames. 6. quæst. 1. Sacrumque  
 ordinem, & clericatum recipere prohibeantur.  
 c. fin. de aposta. c. penul. & fin. 50. distinct. Quibus  
 poenis † pariter afficiuntur falsarij literarum Pa- 23  
 pæ. c. ad falsariorum. de cri. fals. & foeneratores,  
 seu † vsurarij manifesti, qui & infamia notatur, 24  
 ca. quamquam. de vsu. in 6. & prohibentur ad sa-  
 cros ordines promoueri. c. de pet. 47. distin. Mul-  
 toque † magis sacrilegi, quos non tantum infam- 25  
 ia † conspersos, c. fin. de furt. d. c. infames. & ad 26  
 sacros ordines prohibitos promoueri, constat: c.  
 si quis presbyter. 50. distinct. sed & anathemate  
 feriendos. c. conquestus. de foro compet. Quin si  
 in personam ecclesiasticam, ca. cum pro causa. de  
 sentent. excōmun. c. si quis suadente. 12. quæst. 4.  
 aut ecclesiam ipsam, c. non minus. de immuni. ec-  
 cles. c. conquesti. de senten. excommun. c. canoni-  
 ca. 11. quæst. 3. cum violentia deliquerint, ipso iu-  
 re Anathematis vinculo subiecti, ab omnium cō-  
 sortio fidelium eliminantur. Quod Doctor. alibi  
 plenius disputant. Panor. & alij d. c. conquestus.  
 Scortatores † verò manifesti, seu vt vocant publi 27  
 ci concubinarij, quia ab officio (quod ab eis audi-  
 re prohibitum est, c. nullus. & c. sequen. 32. disti.)  
 cū conuertatur eorum benedictio in maledicti-  
 onem, & oratio in peccatum. c. si qui sunt. 81. dist.  
 suspensi sunt. c. præter. 32. disti. atque † ideo diui- 28  
 na exequentes, contrahant irregularitatē, ca. 1. de  
 re iudi. in 6. c. 1. §. fin. de senten. excommun. bene-  
 ficio quod propter officium datur, cap. fin. de re-  
 script. in 6. suspensi quoque intelligi debent. Pa-  
 normi. ca. vestra. de cohab. cler. vbi enim ex ma-

gna causa ecclesiæ communitio denegatur, ecclesiastici prouentus sunt meritò subtrahendi. c. pastoralis. §. fin. de appellat. gloss. Clem. fin. de poen.

29 Et si t̄ ab Episcopo moniti scortatores clerici cōcubinam non dimittunt, omnibus beneficijs priuari debent: §. necnon. de concub. pragm. & ad futura quæcunq̄e inhabiles efficiuntur. c. quæsitū. de temp. ordi. Nisi post manifestam vitæ emendationem, cum illis fuerit humaniter dispensatum. §. & nihilominus. de concub. pragm. §. 1. de pub. concub. concord. Nec ignoro, alios casus à recentioribus Petr. Rebuff. extense. in titul. de pa. possessio. num. 174. memorari, quibus clericus beneficiorum sit incapax: At ego lectorem iam expleuisse mihi videor: cum cæteri omnes, ex superioribus decidi, terminariq̄; possint: atque hæc quidem hæctenus. Valentia 17. Nouembr. 1547.

### Pars quarta.

## Quibus modis beneficia clericis concedantur.

### Decollatione. CAP. I.

#### SVMMARIA.

- 1 Prouisio verbum generale.
- 2 Collatio quid.
- 3 Collatio simoniaca, nulla ipso iure.
- 4 Preces quando simoniam inducant.
- 5 Collatio sub conditione an fiat.
- 6 Collatio intra sex menses facienda.
- 7 Claustrini aclus suspecti.

8 Colla-

- 8 Collatio occultè facta, valet.
- 9 Collatio coram testibus fieri debet.
- 10 Patroni consensus in collatione necessarius.
- 11 Ordinarius collator quis.
- 12 Deuolutio ad quem fiat.
- 13 Collatio nulla an confirmetur.
- 14 Ius ad rem, & in re, quando quærat.
- 15 Institutio quid.
- 16 Inuestitura propria, & abusua.
- 17 Intrusus quis dicatur.
- 18 Signatura an ad possessionem sufficiat.
- 19 Possessio apprehenditur per signaturam.
- 20 Signatura perficit gratiam.
- 21 Gratia quando dicatur informis.
- 22 Executor quando habeat iurisdictionis exercitium.
- 23 Reg. Cancell. de non iudicando declarata.
- 24 Expositam. c. primum de elect. in Extrauag.

**D**E beneficio varijs, multisque modis prouideri potest, sed his præcipuè, collatione, postulatione, electione, præsentatione, nominatione, & gratia: ca. cum in illis. §. cum autem. de præben. in 6. qui omnes, vno t̄prouisionis verbo continentur, gloss. Clemen. fin. de electio. collatio t̄ autem quantum ad rem nostram pertinet, sic mea sententia finiri potest, Vt sit gratuita quædam beneficij vacantis assignatio, ab habente potestate, idoneo Clerico legitimè facta. Gratuitam imprimis eam esse oportet, hoc est sine præmio, non mercenariam, c. si quis. c. ego. i. qu. 6. non precio, precibus, c. ordinationes. i. q. i. pactio nibus, c. cum pridem. c. si. de pac. c. quàm pio. i. q. 2.

obsequijs aliaq; humana gratia factam. c. Moyfes.  
 3 8. qu. i. alioqui simonia contraheretur, qua nulla  
 redditur ipso iure collatio. d. c. ordinationes. Pa-  
 nor. c. cum clerici. de pact. Nisi simoniam ignora-  
 ret prouisus. Felin. c. insinuatam. de Simon. Quo  
 tamen casu, oportebit eum abdicare se benefi-  
 cio, quamprimum simoniæ labem contractam co-  
 gnouerit. c. Matthæus, c. nobis. eod. tit. Nec prædi-  
 4 ctis obstat, quod dici solet preces t̄ simoniam nõ  
 inducere: c. cum M. vbi Doct. de const. c. tua nos.  
 de simo. ca. si motu. de præbend. in 6. hoc enim in  
 precibus, ex honesto aliquo affectu procedenti-  
 bus, ex merito puta promouendi, recipiendum  
 est: secus si ex carnali affectu, ratione videlicet  
 consanguinitatis, amicitia, aut lucri gratia. gloss.  
 c. tuam. de ætat. & qualit. & in d. c. ordinationes.  
 Abesseque à collatione beneficij diminutio, c. v-  
 ni. §. penult. vt eccles. benefic. per reseruationem  
 pensionis, aut alium modum facta: c. extirpandæ.  
 §. fin. de præben. & omnis surreptio debet, vt gra-  
 tuita dicatur. c. cum olim de re iudic. c. sententi-  
 am. 35. quæstio. 9. Nam & indignum nimis esset &  
 exemplo perniciosum per surreptionis astutiam  
 ad sacerdotium promoueri. c. cum dilectus. de e-  
 5 lect. Debet item fieri t̄ purè collatio, non sub cõ-  
 ditione, c. 2. de elect. in 6. nec alternatiuè, vt Titio  
 vel Mæuio assignetur, Archid. c. pastoralis. 7. quæ-  
 stio. i. nec copulatiuè, Felin. c. 2. colum. fin. de ap-  
 pellant. hoc ideo casu, quia duos in eadem Eccle-  
 sia intitulari, (vt dicunt) vetitum est. ca. sicut, se-  
 ptima. quæsti. i. illis verò, quia per conditionem  
 & alternatiuam, collatoris voluntas incerta red-  
 ditur & dubia, cum tamè oporteat, beneficij pro-  
 uisionem ex puro conferentis consensu proce-  
 dere,

dere, d. ca. 2. de elect. in 6. à solo Romano pontifice facta, ad tempus, ca. veniens, de fil. presby. sub conditione, d. ca. pastoralis, vbi Archi. Feli. dict. c. 2. de appel. alternatim aut coniunctim, cap. 2. de præb. in 6. Cle. si. vt lit. pend. beneficij collatio, ex suprema quam habet in beneficijs potestate, defenditur, sed & sub conditione quæ de iure inest, puta (si vacat beneficiū) ab Episcopo & quocunque ordinario, collatio fieri potest. gloss. d. c. 2. de elect. in 6. licet collationem vterque, & collator, & prouisus ignoret. Io. Mona. ca. si tibi absenti, de præben. eod. libr. Hæc enim adiectio si vacat, admonitionem in se magis, quàm conditionem habere videtur, l. muto, §. 1. ff. de tutel. & dici vulgò solet, conditiones extrinsecus venientes, id est, quæ tacitè insunt, expressas nihil operari. l. 3. ff. de leg. 1. l. aliquando, ff. de condit. & demonstr. gloss. & Panor. c. significasti. de elect. Non potest præterea beneficium, nisi vacans (q̄ supra declaratum extitit) & intra ¶ sex menses 6 conferri, ca. 2. de concess. præb. nisi ex causa permutationis resignatum sit, ad cuius collationem, tempus præstitutum non est. Paul. Leaza. Clem. 1. de re. permut. Sicuti nec in hospitalibus, Fred. tract. permut. qu. 29. in ordinarijs præterea Lateranense concilium loquitur. dict. c. 2. de concess. præbe. Vndè executor, qui Papæ vice fungitur, ca. sanè. de offi. deleg. ca. si. 93. dist. semestri tempore non arctatur ad conferendum. gloss. Clem. si de beneficio, de præb. & §. item circa, de collat. prag. Sed an palam collatio fieri debeat quæstionis est. Et quoniam pro ijs quæ palam fiunt, & apertè lex præsumit, l. non existimo, ff. de admin. tut. contraque actus ¶ clandestini, suspecti sunt. 7 ca. cōsuluit, de offi. deleg. gl. l. 1. C. de interd. mar.

- 8 Tutius est non in occulto † conferre beneficium, ca. quia propter, §. si. de elect. Neque enim clancularia collatio suspitione caret, ca. vn. §. i. vt ecclē. benefi. quæ licet mero iure defendatur, l. nō minorem, C. de transact. accedētibus tamen alijs adminiculis infirmari facilē potest. Panor. cap. i. de cland. despon. vbi præsertim alteri damnum irrogaretur. ca. si tantum, 6. q. 2. Qua ratione stylus curiæ Romanæ introduxit, Rot. 22. & 348. no. & vsus Gallorum comprobauit, ne in impetrantis, aut alterius præiudicium factæ sine † testibus collationes recipiantur, licet alioqui stetur omninò literis authētico sigillo annotatis, in ijs quæ ad officium sigillantis pertinent. ca. post cessionem, de probat. ca. 2. de offi. ord. in 6. Præter hæc
- 9 fieri debet de † patroni consensu collatio, si beneficium sit patronatum. ca. illud, de iur. patron. ca. decernimus, 16. qu. 7. Quod à doctōribus alibi plenissimè disputatum. Panor. Feli. & alij, cap. cum Bertholdus, de re iudic. loco magis idoneo, paulò infra tractabimus. Oportet deniq; & eum qui confert, & eum cui confertur, vt suprà accuratè probauimus, capaces esse. Eum qui confert, scilicet conferendi potestatem habere, quia sit Papa, ca. 2. c. si à sede, de præb. in 6. Legatus, Cardinalis, ca. 1. de offi. leg. in 6. Episcopus, ca. omnes basilicæ, 16. qu. 7. aut alius ordinarius collator, cuius potestas non sit ad superiorem deuoluta. c.
- 10 licet, vbi Panor. de sup. neg. prælat. Ordinarij † autem nomine continentur, quicūque suo iure conferunt, siue id lege communi, siue ex priuilegio habeant, ca. à iudicibus, 2. qu. 6. gloss. §. item quod omnia, de colla. prag. licet Episcopo inferiores. ca. ordinarij cum gloss. de offic. ord. in 6. Qui si indignis cōferant beneficia, aut intra præscriptum

scriptum à lege tempus negligent conferre pro  
 ea vice, potestate conferendi priuantur, ca. cum  
 in cunctis, §. si. de elect. facta t̄ eius facultatis, de 12  
 prælato ad capitulum, ob magnam quæ est inter  
 eos communionem, ca. requisisti, de testa. aut ad  
 proximum superiorem deuolutione, ca. licet, de  
 sup. negl. præl. ca. 2. de conc. præben. & d. §. fin. fa- 13  
 cta autem t̄ collatio nulliter, excommunicato  
 puta, cap. postulasti, de cleri. excomm. aut aliter  
 incapaci, dict. ca. cum in cunctis. per sequentem  
 absolutionem, aut dispensationem superuenien-  
 tem, in foro saltem contentioso, non cõualescit.  
 Arch. ca. nullus, 63. dist. Feli. ca. cum dilectus, col.  
 2. de accusat. Neque enim firmatur ex postfacto,  
 quod initio nullum fuit, ca. auditis, de ele. ca. si  
 eo tempore, de rescript. in 6. Vbi verò t̄ collatio, 14  
 omni ex parte legitimè facta est, ius ad rem, id  
 est, ad beneficium, clerico tribuit. gloss. ca. si. de  
 concess. præb. in 6. Sicuti electio, electo, ca. fin. de  
 transla. episc. præsentatio, præsentato. c. dilectus,  
 de offic. leg. & gratia expectatiua præbendæ, re-  
 cepto in canonicum. ca. si postquam, de præben.  
 in 6. Postquam verò acceptauerit Clericus, ius in  
 re acquirit, ca. si tibi absenti, eod. titul. etiam an-  
 te adeptam possessionem, d. ca. de concess. præb.  
 quã præcedere debet institutio t̄ corporalis, hoc 15  
 est approbatio, & confirmatio collati tituli, cap.  
 ad hæc, de offic. ord. v̄sitatiore paulò vocabulo,  
 inuestitura dicta, facta siquidem verbali collatio  
 ne inuestitur cleric. de beneficio p̄ annuli, pilei,  
 calami, aut alterius cuiusuis rei traditionem, ca.  
 cum olim, de re iud. ca. ex ore, de ijs quæ fi. à præ-  
 lat. ab Archidiacono, qui iure communi hanc fa-  
 cultatem habet, ca. ad hæc, ca. vt nostrum. de offi.  
 Arch. cum autem t̄ verbalis hæc inuestitura, im- 16  
 propria



propria sit, & abusiua, non in possessionis substantia, sed in signo, & quodam præambulo duntaxat consistens, cap. 1. vbi Bald. quid sit inuestit. in feud. possessionem non trāsfert, l. non statim, ff. de pecul. ca. per tuas, de dona. tametsi possessor consentiat: Innoc. d. cap. ex ore. nisi fortè in rei, hoc est, beneficij, ab alio non possessi, conspectu, & præsentia facta sit. l. clauibus, ff. de cont. empt. l. 1. §. si iusserim, & l. quod meo, §. si venditorem, ff. de acqui. poss. Aut diuersum receperit consuetudo. ca. 2. de consue. Itaque missione in possessionem corporali opus erit. gloss. cap. pro illorum, de præb. & ca. autoritate. de instit. Quam adipisci ex Reg. Cancel. 34. intra sex menses oportet. Licet ius commune, certum tempus non diffinuerit. Auriol. ca. eam te, nu. 267. de rescript. Missione verò neglecta beneficij possessionem Clericus apprehendere non potest, ca. postoralis, de priuil. alioqui diceretur intrusus. ca. eum qui, de præben. in 6. Sic enim ius pontificium eum appellat qui suo sensu, sprete superioris autoritate, beneficij possessionem inuadit, cap. ad aures, de excess. præl. ca. quia diuersitatē. de concess. præb. licèt, vt plerique omnes existimant, titulum habeat clericus. Adeò † quidem, vt crebro traditū sit clericum, qui cum simplici signatura, non leuatis, (vt dicunt) bullis possessionem beneficij nactus est, intrusum, & violentum esse. Feli. cap. veniens, de accusa. Ideoque omne ius amittere. d. ca. eum qui. Idque Bonifacij constitutione, ca. 1. de elect. in extr. 10. expressum nonnulli putant, quos etiam iuuerit ratio. Ante confectionē quippe literarum nondum videtur perfecta gratia, cum executor, literis non confectionis, eam exequi prohibeatur. Rot. 458. Et quoniam potest contingere,

gere,

gere, super tali signatura, non expediri literas, aut sub alijs clausulis, ob insolitas in supplicati-  
 one expressas. Bellam. decis. 609. Gomel. regu. de  
 non iudic. iuxt. for. supp. Nam & alioqui frustra  
 & otiosè nimis, tot officiales Cancellariæ præpo-  
 suisset Roma. Pont. certam illis formam præstitu-  
 ens, literas expediendi, si sola supplicatio, sine  
 bullis sufficeret. Bellame. consil. 34. Alijs t̄ verò <sup>19</sup>  
 hæc sententia meritò displicuit, verius existi-  
 mantibus, possessionem ex simplici signatura,  
 iure apprehendi posse, nullumque ex hac posses-  
 sione, intrusionis vitium contrahi. Gomel. dict.  
 reg. de non iud. iuxt. for. supp. qu. 5. Idque in Gal-  
 lorum moribus esse docti viri testantur. Reb. de  
 pa. poss. nu. 51. Et huic sententiæ nos adstipulamur.  
 Intrusus quippe dicitur, qui non per ostium in-  
 trat, sed aliunde conscendit: cap. relatum de iur.  
 patron. vt qui sine titulo, vel colore sua autori-  
 tate beneficium occupat, d. ca. ad aures, d. ca. eum  
 qui, gloss. ca. nisi, §. 1. de renunt. aut cum titulo in-  
 iusto, & nō canonico, ca. veniens, de accus. Cald.  
 cons. 13. de verb. sig. obtento puta à superiore su-  
 spenso, excommunicato. ca. si. de excess. præl. d. c.  
 quia diuersitatem. aut alia ratione, potestatem  
 conferendi non habente: ca. 2. de in integr. rest.  
 ca. ex frequentibus, de instit. quibus casibus, non  
 omninò effugit intrusionem clericus. Licet supe-  
 rioris autoritas intercedat. gloss. ca. cum super,  
 de caus. possess. & propriet. Atqui supplicatio,  
 t̄ seu signatura, titulus est, Cassiado. decis. vlt. de <sup>20</sup>  
 restitu. spol. gratiamque perficit. nam eo ipso vt  
 Calde. cap. quisquis, de elect. dicebat, quòd Papa  
 dicit fiat, non expectato alio literarum admini-  
 culo, gratia facta est. Neque enim literæ ad esse,  
 sed ad probationem requiruntur. c. institutionis,  
 25. qu.

25. quæst. 2. Idque vel eo constat, quia non expirat gratia, tametsi moriatur Papa ante literarum expeditionem. Panorm. cap. in nostra, col. fin. de rescript. Archi. proœ. sext. sed à successore expediendæ sunt literæ, in forma rationi congruit. Regul. Cancell. 8. Bald. l. humanum, in fin. C. de legib. Et vacat beneficiû per mortem impetrantis, solam signaturam habentis. Rota. 882. in ant. Et à sola signatura dispensatio ad duo incompatibilia effectum accipit, gloss. reg. Cancell. 13. col. fin. Gomes. regul. de non iud. iuxt. for. supp. qu. 5. Quamuis Reg. Cancell. 53. dicat, dispensationem non suffragari, nisi literis expeditis, cum itaque clericus signaturam habens, titulum canonicum saltem coloratum habere dicatur, poterit cum sola supplicatione, beneficij possessionem obtinere. Cassiodor. dict. decis. vlt. Neque enim de substãtia gratiæ sunt literæ, sed ad probationem tantum desiderantur. l. 1. C. de mand. princip. Panorm. dict. cap. in nostra, Vndè quod † Rota dicebat, dicta decis. 458. gratiam informem esse, & imperfectam, ante literarum expeditionem: in executoribus de quibus agit, sanè recipiendum est: qui † iurisdictionis exercitium sine literis non habent. Cum omni eorum autoritas à literarum forma pendeat. cap. pastoralis, §. fin. de rescript. Quocirca licet iurisdictionem acquirant, à tempore datæ, illam tamen ante receptas literas non exercent. cap. super eo. 2. de appella. Ioan. And. cap. eam te, in fin. de rescript. Nec etiã me mouerit † cancell. Regula, de non iudicando secundum tenorem supplicationis, quam Rota semper intellexit in petitorio, & adiudicatione tituli, non vbi de possessorio agitur. Cassiodor. dict. decis. vlt. Gomes. dict. quæst. 5. Denique non obstat

obstat † Bonifac. Constitutio, capit. i. de elect. in  
extra. 10. quæ in Abbatijs, Episcopatibus, alijsque  
maioribus dignitatibus, ob grauitatem impen-  
dentis periculi, cap. vbi periculum, de elect. in  
6. & dict. cap. i. in princip. specialiter loquitur.  
Quare in minoribus beneficijs diuersum consti-  
tutum, intelligi debet. l. maritus, C. de Procur.

## De postulatione Cap. II.

## SUMMARI A.

- 1 *Electiuis beneficijs tripliciter prouidetur.*
- 2 *Postulatio quid.*
- 3 *Postulare qui possint.*
- 4 *Indigni ad postulandum.*
- 5 *Postulantium concordia qualis.*
- 6 *Maiorem partem censent ire quandoque non satie est.*
- 7 *Gratiam, an capitulum faciat.*
- 8 *Postulantes quando varient.*
- 9 *Postulari qui prohibeantur.*
- 10 *Nuptiæ inter Episcopum & Ecclesiam.*
- 11 *Clericus cum Ecclesia non contrahit.*
- 12 *Cardinalis an postuletur.*
- 13 *Cardinales pars corporis Papa.*
- 14 *Abbas eligi potest.*
- 15 *Postulantes indignum, an priuati ipso iure.*
- 16 *Argumentum de elect. ad postulationem.*
- 17 *Postulationem quis admittat.*
- 18 *Confirmatio in postulatione non necessaria.*
- 19 *Postulatio innititur gratia.*
- 20 *Postulatio non solennis.*

Per

**P**er collationem de qua mox diximus, collatiuis beneficijs prouidetur. glos. Clem. quia contingit, §. vt autem, de relig. do. Electiuis  
**1** † verò, triplici via. Postulatione videlicet, electione, & nominatione. ca. bonæ, 1. in fin. de postul. præl. Nihil † aliud autē est postulatio, quàm  
**2** supplex quædam petitio, personæ (non propter vitium) eligi prohibitæ, per Capitulum ad prælaturam vacantem apud superiorem vnanimiter facta. ca. innotuit, §. habito, de elect. ca. bonæ, 2. & ca. fi. de postul. præl. Quæ finitio demonstrat, in postulatione tres personas considerandas esse, quibus totus hic tractatus continetur, & clauditur postulantis, postulati, & eius apud quem fit  
**3** postulatio. Postulare † eos imprimis posse, certū est, qui eligendi facultatem habent. d. ca. bonæ, 2. §. cæterum. vt canonicos & alias collegiales personas, quibus ius eligendi futurū prælatum, iure communi competit, ca. fin. 16. quæst. 7. Et eos per  
**4** † contrarium constat indignos ad postulandum, qui sunt indigni ad eligendum. gloss. fin. & Bald. ca. 1. de restit. spol. Cum enim per postulationem, vt vulgo creditū est, ad electionem deueniatur: quibus interdicta est electio: inhibita quoq; postulatio intelligi debet. l. oratio, ff. de spons. Postulantes † autem concordēs & vnanimēs esse oportet, d. ca. bonæ, 2. & d. ca. fi. de postul. prælat. hoc est, quemadmodum plerique omnes interpretantur, vt nemo dissideat, nemo discrepet, sed omnes in vnum consentiant. d. ca. bonæ, vbi Panor. 1. not. Id enim propriè dicitur concorditer, & vnanimiter fieri. ca. cum dilecti, de elect. gloss. ca. cupientes, §. ad hæc, eod. tit. in 6. & in Clem. ne Romani, eod. titu. Et actus est gratiæ postulatio, ca. 1. c. bonæ, 1. & ca. pen. de postul. præl. d. cap. cupientes,

piantes,

pientes, §. penult. in actibus autem volūtarijs &  
 gratiosis, non sufficit † factum à maiori parte ca- 6  
 pituli, sed omnes ad vnum nemine (vt dicunt)  
 discrepante, cōsentire oportet. gloss. cum omnes,  
 de constit. Nec alias vt Hostiensis & alij Goffr. in  
 summa. testantur, consuevit ecclesia Romana,  
 postulationem recipere: d. c. bonæ, 1. sed hæc sen-  
 tentia ex professo Innocentij constitutioni, cap.  
 scriptum, de elect. repugnat, vt ab ea meritò di-  
 scedendum putem. Quodque fit à maiori & fa-  
 niori parte capituli (si tamen pars illa sit duplo  
 maior) attendendum. d. ca. bonæ, ca. in Genesi. &  
 ca. scriptum, de elect. Constans enim est in acti-  
 bus vniuersitatis regula, vt omnes egisse videan-  
 tur, quod maior pars efficit, l. quod maior, ff. ad  
 municip. ca. 1. & si. de ijs quæ si. à maio. etiam (vt  
 plerisque visum est) Card. Pano. & doct. dict. ca.  
 cum omnes. si actus illi gratiæ essent, & mere vo-  
 luntatis, quibus tamen non annumerauerim po-  
 stulationem, nisi respectu superioris, apud quem  
 fit petitio. d. c. pen. de postul. prælat. & ca. cupien- 7  
 tes, §. penult. Vndè † quamuis verum fit, gloss. d.  
 ca. cum omnes. gratiam à capitulo concedendam  
 nemine repugnante: nihil obstat. hoc enim acci-  
 piendum est, vbi collegium gratiam faceret: non  
 etiam quando peteret, vt in postulatione contin-  
 git, d. ca. pen. & d. §. denique. quam si semel supe-  
 riori præsentauerint, non † possunt variare po- 8  
 stulantes. Licet ante præsentationem, publicato  
 quamuis scrutinio, liberum sit illis retrocedere,  
 d. ca. bonæ, 2. de postul. prælat. si non obstet fides  
 præstita compromisso. ca. in causis, in fi. vbi glos.  
 & Doct. de elect. Cùm postulantes non propriè  
 dicantur consentire, sed declarare, & tractare,  
 Panor. cap. publicato, col. penul. de elect. votum  
 G suum,

suum, in superiorem dirigendo. Panor. rubr. de  
 postul. præl. Nec vllum ius postulato (cum sit in-  
 habilis) ex sola postulatione quæritur, qui ideo  
 conqueri non potest. Secus igitur in electione  
 publicato scrutinio, d. ca. publicato, ca. fi. 8. qu. 2.  
 cum per eam ius acquirat electus. ca. fin. de transl.  
 episc. gloss. ca. quanto, 63. dist. Mutare autem con-  
 siliū in alterius iniuriam ecclesiasticis præfertim  
 personis nō licet, l. nemo potest, ff. de re. iu. c. mu-  
 9 tare, eod. tit. in 6. postulari t̄ verò possunt ei, qui  
 eligi (non propter vitium) prohibentur, cap. fi.  
 de postul. præl. ca. vn. illo tit. in 6. vt nondum sa-  
 cris initiatus ordinibus, c. dudum, r. de elect. cap.  
 præterea, de ætat. & qual. non iustæ ætatis cleri-  
 cus, dict. cap. cupientes, §. denique. attingens ta-  
 10 men, 27. annum, ca. vn. de postul. prælat. in extra,  
 Io. illegitimè natus, capi. innotuit, de elect. & al-  
 teri ecclesiæ Cathedrali alligatus, d. ca. bonæ, 2.  
 & d. ca. fin. de postul. prælat. vt Episcopus, inter  
 11 t̄ quem & ecclesiam, cum matrimonium contra-  
 ctum intelligatur, ob idque annulum gestare ei  
 sit concessum, cap. penu. de vit. & honest. cler. ca.  
 foeminæ, 30. quæf. 5. sicuti non potest maritus cō-  
 stantibus primis nuptijs, secundam vxorem su-  
 perinducere: I. eum qui duas, C. de adulter. Ro-  
 man. 7. ita nec alteri ecclesiæ præfici Episcopus,  
 nisi prioris vinculo dissoluto. capit. sicut, 7. qu. 1.  
 Sic enim de carnali matrimonio, ad spirituale ra-  
 tiocinari licet, ca. fin. de transl. episc. ca. nuptia-  
 12 rum, 27. qu. 1. cumque t̄ non tanta sit coniunctio  
 inter alios prælatos, & ecclesiam, atque ideo in  
 solis Episcopis propriè, & strictè, matrimoniū  
 spirituale consideretur, gloss. d. cap. fin. de transl.  
 epif. poterit Abbas, & quicumque prælatus p̄ter  
 Episcopum eligi, c. fin. abbatem, de elect. in 6. t̄  
 etiam

etiam Cardin. ca. ecclesia, 2. de elect. Nec obstat  
quod Cardinales † pars sunt corporis Papæ, Pa- 13  
nor. ca. 2. de cler. non resid. eisque non liceat Cu-  
riam Romanam deserere, sine Rom. Pont. autho-  
ritate, ca. cum non liceat, de præscrip. & ideo vi-  
deantur, Episcoporum exemplo, ecclesiæ alligati,  
postulari non eligi posse. ca. bonæ. 2. de postulat.  
prælat. Hoc enim † nihil infert, quandoquidem 14  
nec Abbas monasterio sine licentia superioris mi-  
grare possit, ca. cum venerabilis, de consuetu. &  
tamen iure eligatur. dict. ca. si Abbatem. Dicen-  
dum igitur, cardinalem, presbyterum vel diaco-  
num, eligi posse, d. cap. ecclesia, 2. at electioni de  
se factæ, nisi iubente Papa, cōsensum præbere nō  
posse. Sicuti nec monachus electus, sine Abbatis  
authoritate. ca. si religiosus, de electi. in 6. Car-  
dinalis verò Episcopus postulari debet, ca. bonæ  
1. de postul. præl. cūm eligi prohibeatur, non quia  
Cardinalis, sed quia Episcopus. d. ca. si. de transl.  
episco. Cæterum qui propter crimen eligi non  
possunt, postulari quoque prohibentur. cap. 1. &  
cap. fin. de postul. prælat. Aded † ut postulantes, 15  
pro ea vice postulandi, seu eligendi priuentur  
potestate. ca. scriptum, in fin. de elect. ca. 1. & ca.  
2. de postul. præl. non quidem ipso iure, ut Panor.  
& alij existimant. Hoc enim † in electione consti- 16  
tutum, cap. cum in cunctis, §. fin. de elect. cum sit  
pœnale: & ingens differentiæ ratio subsit, ad po-  
stulationem trahi non debet. Panormit. cap. 2. de  
de testa. Grauius quippe delinquunt eligentes,  
qui tribuunt ius electo, ca. fin. de transl. episcop.  
quàm postulantes, qui nec ius conferre, nec pro-  
priè consentire dicuntur. ca. pen. de postul. præl.  
Et hanc nostram sententiam, Innoc. 3. dict. c. scri-  
ptum, & d. ca. 1. verba ybicunq; confirmant. Nec

G a obstat,



obstat, quòd cum per postulationem ad electionem, vt dici solet perueniatur: eadem vtriusque debeat esse prohibitio. l. oratio, ff. de sponsal. Id enim demus, licet negandum est, pœnam electionis, in postulatione locum habere. Panor. d. ca. 2. Nam nec excommunicatis eligentibus, ij excommunicati censentur, qui in scrutinio ferunt suffragium: Bald. l. vn. ad fi. C. si rect. pro. quamuis actus ille, ad electionem præparatorius sit. ca. quia propter, de elect. Nec pœna contrahenti matrimonium indicta, ad contrahentes sponsalia extenditur, gloss. Cle. vn. de consang. & affi. tametsi his casibus sponsalia inhi-beantur, quibus nuptiæ d. l. oratio. vt meritò responsum sit in pœnis Vlpiani regulâ cessare: Bal. d. l. vnica. verum enim-  
 17 uero postulationem † admittit superior, c. i. cum simil. de post. præl. qui super electionis impedimento valeat dispensare: glo. c. indemnitatibus, de elect. in 6. Panor. d. ca. 1. col. fi. factaque ab eo postulationis comprobatio, electionis confirmatæ plenum habet effectum. gloss. ca. fi. in princ. de  
 18 elect. in 6. Nec alia † expectatur confirmatio. ca. bonæ, 2. §. fin. de postul. præl. **Vt nec in electione Roma. pontificis. ca. in nomine domini, 23. disti.** Sed simulatque postulatus admissus est, fit ei potestas, ad ecclesias postulantium transeundi, ca. in causis, §. fin. de elect. ca. post translationem, §. fi. de renun. quod cum iure verum sit, d. ca. post transla. fallitur interpretes existimantes id ex stylo Romanæ curiæ duntaxat introductum, vt vitato omni circuitu, l. dominus, ff. de condi. indeb. ecclesiarum dispendijs quàm citissimè occurratur: ca. ne pro defectu, & cap. quia propter, de elect. lege autem per postulationem, electionis tantum, capacem postulatum fieri, ca. innotuit, eod. tit. quod  
 nul-

nullibi probatur. Vndè nec verū est quod dicunt per postulationem ad electionem deueniri. Licet verum sit, per postulationem perueniri ad prouisionem, ex gratia superioris, Io. Mona. c. 1. de post. præl. in 6. cui, vt sæpe diximus, postulatio innititur. ca. pen. de post. præl. glos. c. sicut, §. non derogando, de elect. in prag. Sed nec illis assentior postulationem nescio quam non solennem effingentibus. Panor. c. 1. col. fi. de post. præl. & in d. c. quia propter, 2. qu. quam ab eo peti dicunt, qui dispensare non potest: Cuius tamen consensus propter authoritatem quā in postulatum habet, exigitur. Veluti ab abbate, aut patre, si monachus vel filiusfamilias postuletur eligendus. c. fi. religiosus, de elect. in 6. Hęc enim deliramenta sunt: cum abbatis, & patris authoritas respectu postulati duntaxat considerari possit: postulatio autē, non nisi apud superiorem postulantium fiat. d. c. 1. cum vulg. de post. præl. Et hi tantum postulari possint qui eligi prohibētur. c. fi. illo tit. Monachum autem eligi posse constat, licet electioni sine abbate consensum præstare nequeat, c. si religiosus, de elect. in 6. de filiofamilias quoq; ambigere neminē puto, cū in spiritualibus sui iuris censeatur. c. fi. de iud. in 6.

## De electione. Cap. III.

## SUMMARI A.

- 1 *Electio quid.*
- 2 *Dignitas ecclesiastica.*
- 3 *Papa non maior Episcopo.*
- 4 *Prior conuentualis habet dignitatem.*
- 5 *Archidiaconus an habeat dignitatem.*
- 6 *Primiceriatus an dignitas.*

G 3

7 Per-

- 7 Personatus.
- 8 Officium.
- 9 Electionum solennia.
- 10 Columba Spiritus Sancti occisa.
- 11 Collegij consensus communiter præstandus.
- 12 Eligere quis possit.
- 13 Electio quando per procuratorem.
- 14 Eligere qui prohibeantur.
- 15 Monialis pubes eligit.
- 16 Excommunicatus an eligat.
- 17 Suspensus non eligit.
- 18 Electio an sit ordinis.
- 19 Eligendo delinquentes quando priuentur.
- 20 Electio per abusum secularis potestatis.
- 21 Eligi qui prohibeantur.
- 22 Excommunicatus non potest eligi.
- 23 Ignorantia electorum quando profit electo.
- 24 Electio an fiat sub conditione.
- 25 Christus Petrum sub conditione elegit.
- 26 Electio clandestina an valeat.
- 27 Electio non tantum iuris, quàm collatio tribuit.
- 28 Maior pars electioni consentiat.
- 29 Præsentatio à maiori parte patronorum.

Ed iam de electione dicendum, quæ t̄ nihil  
 1 aliud est, quàm idoneæ personæ, ad dignitatē  
 ecclesiæ vacantem, solennis euocatio. c. cum  
 in cunctis, in princ. de elect. ca. 1. & 2. de concess.  
 præb. ca. Osius, §. fin. 61. dist. Est autem t̄ dignitas  
 2 ecclesiastica, quæ iure communi ecclesiasticæ rei  
 administrationem cum iurisdictione habet: Pa-  
 nor. c. de multa, de præb. Arch. c. 1. de consue. in 6.  
 vt Episcopatus, qui ceteris honoribus ecclesiasti-  
 cis eminetior est & sublimior, c. pe. de præb. ideo  
 que

que Episcopi dicuntur summi Pontifices, c. de his,  
 de cons. di. 5. quibus ne Papa t quidem ordine ma- 3  
 ior est. ca. in novo, 21. dist. Abbas præterea digni-  
 tatem habet, ca. 2. de iud. c. si quis deinceps, 16. q. 7.  
 ei enim rerum monasterij administratio cõmissa  
 est, c. edoceri, de rescrip. concessa etiam in Mona-  
 chos iurisdictione, ca. quanto, de offi. ord. eiusq;  
 exemplo, prior t conuentualis, cui, c. nisi essent, de 4  
 præb. in abbatis modum aliquorum religioforũ  
 collegio prælatus est. gloss. Clem. 1. de sup. negli.  
 præl. Cui ideo causæ sedis Apostolicæ, (quæ con-  
 stitutis tantum in dignitate committuntur) c. sta-  
 tutum, in prin. de rescript. in 6. delegari possunt.  
 Clem. & si principalis, eod. tit. Archidiaconus t 5  
 item dignitatem habere dicitur, cum teneat vicẽ  
 Episcopi, & habeat iure cõmuni iurisdictionem.  
 c. 1. c. ad hæc, de offi. Arch. glo. c. 1. de offi. leg. in 6.  
 Quod licet immutarit cõsuetudo, quia nulla for-  
 tẽ in Ecclesia vtatur iurisdictione Archidiaconõ.  
 Si tamen prærogatiuis in choro & capitulo fun-  
 gatur, in dignitate nihilominus dicitur esse. Ar-  
 chi. d. ca. 1. Are. cons. 23. in prin. Primiceriatum t 6  
 denique aduersus alios, Alex. cons. 77. vol. 2. dig-  
 nitatẽ esse autumo. ca. cum accessissent, de cons.  
 Aret. dict. cons. 23. Cum in clericos delinquentes  
 habeat iurisdictionem, c. perlectis, §. ad primice-  
 rium, 25. dist. licet quandoque ab honore, in quo  
 personam constituit personatus, & ab officio q̄  
 exercet, iniuncto que munere, nonnunquam offi-  
 cium dicatur. d. cap. cum accessissent. Est t autem 7  
 personatus, honor & præcellentia quædam in  
 Ecclesia, quæ canonicũ alijs etiam antè receptis,  
 tam in choro, quàm in capitulo præfert. ca. 1. vbi  
 Doct. de consuetud. in 6. Nam & persona præter  
 vulgarem significationem, qualitatem in homi-

- ne notat, qua alius ab alio differt, vt alibi posui.
- 8 in l. i. ff. de stat. homin. Officium verò, † est ecclesiasticarum rerum administratio, sine præeminetia, & iurisdictione. d. c. i. Vt sacristia, ca. i. de offic. sacrist. c. saluator, i. q. 3. Quæ omnia recipi volo, nisi diuersum habeat cõluetudo. c. cum olim, de consue. ca. consuetudo, 12. dist. Aret. d. cons. 23. Sed iam satis huic digressioni datum: redeamus
- 9 ad electionem. Solenniter † in Episcopatibus, Abbatibus & alijs prælaturis, quæ mortuo pastore viduata dicuntur, triplici via fieri potest electio, per scrutinium videlicet, compromissum, & inspirationem. c. quia propter, de elect. Inspirationisque via dupliciter. glos. ca. sicut, §. & cum humanæ, de elect. in prag. Per inspirationem veram quæ fit Deo optimo maximo miraculosè reuelante, c. statuimus, §. fi. 61. distin. & quasi inspirationem, cum electores, nullo tractatu præcedente, omnes vno ore in vnum consentiunt. dict. c. quia propter. Sed neutrum hodie in vsu esse argumento est, quòd † columba quæ Spiritum sanctum afferre solebat, à Coruo iamdiù, vt Canonistæ dicunt, enecata sit. Hostiens. cap. qualiter, de elect. gloss. dict. §. & cum humanæ. Quæ formæ ab alijs copiosissimè tractantur. Specul. tit. de elect. Panor. d. ca. quia propter. In electionibus verò inferiorum dignitatum, hoc tantum est solenne, vt singulorum consensus, in communi, id est, collegialiter præstetur. c. in Gen. §. i. de ele. c. sicut, eo. tit. in 6. Nam & in quibuscunq; actibus collegij, & vniuersitatis perpetuū est, vt singulos separatim cõsentire non satis fit: sed conuocati † cõmuniter consensum præstare debeant. l. 2. de decur. lib. 10. gloss. cap. cum omnes, de const. Quod alibi scriptores copiosè tractant. Bart. l. oēs populi, ff. de

ff. de iustit. & iur. gloss. d. §. & cum humanæ. doct.  
 d. c. cum omnes. Eligere † potest qui est de colle- 12  
 gio Ecclesiæ vacantis, c. à nobis. de iur. patr. c. fin.  
 16. quæst. 7. nec per se tantum, sed etiam per aliū:  
 si vel præsens ægrotet vel absens iusto impedi-  
 mento detineatur, d. c. quia propter. §. illud. & ca.  
 pen. de elect. in 6. & procuratorem † sacris initia- 13  
 tum, Clement. vt hi qui. de ætat. & qualit. eundē-  
 que collegam. d. c. quia propter. §. illud. cōstituat.  
 Alioqui electionis negotium, cum in eo delecta  
 censeatur personæ industria, c. is cui. de offic. leg.  
 in 6. per procuratorem explicari non potest, d. §.  
 illud. tamen si in cæteris vniuersitatis negotijs, p-  
 curator etiam à non impeditis rectè constitua-  
 tur. c. constitutus, vbi Doct. de appell. Panor. d. §.  
 illud. Eligere † nonnulli prohibentur, & impri- 14  
 mis impuberes, c. ex eo. de elect. in 6. cū iudicio  
 careant, & discretionē. l. cum prætor. §. penult. ff.  
 de iudic. §. præterea. quib. non est permiff. Hodie-  
 que puberes, nisi duodeuigesimum annum attige-  
 rint, cū antè non possint sacris ordinibus ini-  
 tiari. Cle. pen. & fin. de ætat. & qualit. Et nō exi-  
 stens in sacris nequeat ferre suffragium, d. Clem.  
 vt hi qui. nisi suapte natura sit ordinum incapax.  
 Vt † monialis, c. noua. de pœnit. gloss. c. diaconif- 15  
 sam. 27. quæst. 1. quæ simulatque duodecimum an-  
 num nacta est, in electione vocem habet. c. indem-  
 nitatibus. de elect. in 6. Irregulares, c. is qui. §. fin.  
 de senten. excomm. in 6. præterea interditi, ca. 1.  
 de postul. præl. c. cum inter R. de elect. excommu-  
 nicati, † c. postulastis. de cler. excom. c. venerabi- 16  
 lem. de elect. (maiori tamen excommunicatione,  
 c. illa. de electio. minori nanque censura ligati,  
 sacramentorum tantum participatione remouē-  
 tur, c. 2. de except. non eligendi facultate, aut his

- quæ sunt iurisdictionis. ) c. fin. de cler. excommu.
- 17 Suspensi t̄ quoque, nec conferre beneficia, c. quia diuersitatem. de conces. præb. nec eligere, ca. cum dilectus. §. quia vero. de consue. d. c. cum inter R. possunt, nisi à beneficio tantum, c. cum Vintoniēsis, iuncto. c. cum in cunctis. §. fin. de elect. aut minori essent suspensione, c. fin. de cler. excomm. suspensi. Quod interpretes, gloss. Clem. fi. de poen. Panorm. d. c. cum dilectus. Felin. c. apostolicæ. de except. alibi copiosissimè disputant. Nec prædictis obstat quod iurisdictionis magis quàm ordinis, electio t̄ videatur. gloss. ca. transmissam. de elect. Et quæ sunt ordinis tantummodo tollat suspensio. gloss. Panor. d. c. cum dilectus. Nam propriè iurisdictionis non est electio, d. c. fin. de cler. excomm. cùm canonicis competat, c. fin. 16. qu. 7. qui iure communi iurisdictionem non habent: c. cum contingat. de for. compet. sed officij dici debet. Hosti. in summa. de elect. A quo suspensus, iure etiam eligendi suspensus ideo censetur. c. cum
- 19 Paulus. 1. quæst. 1. Qui postremò t̄ in electione deliquerunt, eligere impediuntur. Sed non vno modo, nam quandoque vna vice tantum, vt qui intra trimestre, in ecclesia Cathedrali, vel regulari, nõ elegerunt. ca. ne pro defectu. de elect. Aut elegerunt, sed indignum scienter, d. ca. cum in cunctis. §. fin. & d. c. cum Vintoniensis. vel contra præscriptas electionum formas: c. quia propter. §. qui vero. de elect. nonnunquam ad tempus puta trium annorum si per t̄ abusum secularis potestatis, electio facta sit, c. quisquis. de elect. conuocatis puta per electores personis laicis, c. quoniam. 1. 16. q. 7. aut in laicorum voluntatem electione collata. c. cum terra. & c. Massana. de elec. Nec me clam est, eo quoque casu per potestatis secularis abusum,
- fieri

fieri electionem, quo per vim, & impressionem  
 Principis secularis, canonici coacti elegissent. c.  
 nullus. 63. distinct. Innocen. d. c. quisquis. At nūc,  
 vlla pœna electores afficiendi non sunt. d. c. cum  
 Vintonien. de elect. gloss. d. c. quisquis. Eligi verò  
 † prohibentur, qui aliqua infamiæ nota consper- 21  
 si, c. laici. 33. distin. d. c. cum in cunctis. aut notabi-  
 li corporis macula, vitiati sunt, c. 2. c. tua. de cler.  
 agr. c. sine etenim. 49. distin. ca. cum inter canoni-  
 cos. de electi. sicuti & indocti, aut qui natalium,  
 ætatisue defectum patiuntur. c. cum in cunctis. de  
 elect. Quæ omnia in superiore huius operis par-  
 te accuratè tractata fuerunt. Suspensi, c. cum dile-  
 ctus. §. quia vero. de consuet. ca. cum inter R. de e-  
 lect. præterea, interdicti, ca. 1. de postu. prælat. ir-  
 regulares, c. is qui. §. fin. de sentent. excomm. in fi.  
 & † excommunicati, tam maiori, quàm minori 22  
 excommunicatione, & quamuis vt doctores exi-  
 stimant, eligentes hoc ignorent inutiliter eligun-  
 tur. c. venerabilem. de elect. c. fin. cum glo. de cle.  
 excommun. Neque enim potest electorum igno-  
 rantia, incapacem, idoneum facere. ca. innotuit.  
 de elect. Quod in ligato minori excommunicati-  
 one, veluti Gregorij verbis, d. c. fin. de cler. excō.  
 repugnans, reiiciendum censeo, nec me mouerit,  
 quòd respectu natalium, non † pro fit electo igno 23  
 rantia huiusmodi. d. c. innotuit. Hic enim defe-  
 ctus multò grauior est, (cum super eo, in curatis  
 beneficijs & quibuscunq̃ue dignitatibus, Papa so-  
 lus dispenset. c. vnic. de fil. presby. in 6. Panorm. c.  
 fin. eod. tit.) quam minor censura, quæ per Episco-  
 pum vel proprium sacerdotem tolli potest, c. nu-  
 per. de sent. excomm. his quoque casibus irrita fit  
 electio, quibus non constare collationem dixi-  
 mus. Quamuis in duobus doctor. non parum di-  
 scri-



scriminis constituent, nam sub conditione, quæ  
 tacite inest, gloss. ca. 2. de elect. in 6. & clanculum,  
 c. vn. vt eccles. benefic. factam collationem, licet  
 nro iure valere dictum sit: tamen electiones ita  
 celebratas, nullius putant esse momenti. cap. quia  
 propter. §. fin. de elect. d. c. 2. & vtroque Docto.  
 Ego verò nec his casibus, differentiam constitu-  
 24  
 endam arbitror, verius in primis existimans fa-  
 ctam † sub conditione, si vacat, aut simili electio-  
 nem non vitari. c. significasti. de elect. sicuti nec  
 collationem, gloss. d. c. 2. admonitio enim quædã  
 non conditio, hac adiectione continetur. l. muto.  
 §. 1. ff. de tute. Nec solent ideo conditiones eius-  
 modi actum suspendere. l. 3. ff. de leg. 1. l. aliquan-  
 do. ff. de condi. & demonstr. Quæ ratione idem di-  
 ci, nec improbabiler potest: in alijs quibuscun-  
 que conditionibus, quæ ad præsens, aut præteri-  
 tum tempus referuntur, l. cum ad præsens. ff. de  
 reb. cred. vt eligo si possum, eligo Titium si viuit,  
 25  
 aut si legitimè natus est. Nam & † Christus cum  
 ouium curam Petro committeret, non dissimili  
 conditione vsus est, dicens, si diligis me, pasce o-  
 ues meas. Ioan. vltim. d. c. significasti. Licet alij ge-  
 neraliter doceant, electioni nec quidem dictio-  
 nem adijci posse, quæ conditionem signet. Archi.  
 & alij. dict. ca. 2. Quorum sententiam haud dubiè  
 probauerim in conditionibus de futuro, d. l. cum  
 ad præsens. quamuis tacite insint. Veluti. Eligo  
 Titium, si maior pars canonicorum consentiet,  
 aut si electus intra tempus iuris, se fecerit conse-  
 26  
 crari. Io. Mona. d. c. 2. Quod † autem ad clandesti-  
 nam electionem pertinet nec illis, gloss. & Doct.  
 c. quia propter. §. fin. de elect. & in d. c. vn. vt eccl.  
 benefi. assentior, qui eam ipso iure nullam absolu-  
 tè docent: tametsi Innocè. Papæ responso fulciri  
 videan-

videantur. d. c. quia propter. §. fin. Quod clancularias electiones improbens, eas ipso iure nullas reddere intelligitur. l. non dubium. C. de legib. c. quæ contra de regul. iur. in 6. Nam cum collatio quæ plenum ius tribuit, vimque electionis & confirmationis habet, clandestinitate mero iure non corruat. d. c. vn. vt eccle. benefic. minus † multo electio : Panormit. d. c. quia propter. §. fin. qua non tantum iuris præstatur. c. fin. de transla. epif. Nec eos iuuerit Innocentij constitutio, d. c. quia propter. §. fin. quæ vt nonnulli. Panorm. d. c. vni. & d. §. fin. rectè interpretati sunt, in electione ecclesiæ viduatæ, cathedralis, puta, aut regularis collegiatæ, cui hæc forma data est, duntaxat loquitur. Non etiam in alijs, quæ præscriptam formam nõ habent. Et in quibus solus canonicorum consensus, collegialiter, c. in Genesi, de elec. c. sicut & vtrobiq̃ue, gloss. & Doct. eod. tit. in 6. & vno contextu, Bonifac. Vital. Cle. ne Romani. §. porro. de elect. testamenti exemplo, l. hæredes palam. §. fin. ff. de testamē. præstitus sufficit. Si tamen † maior, & sanior pars capituli, consenserit. c. licet in fin. c. coram, c. quia propter. c. Cumana. & ca. congregato, de elect. In his enim quæ ad plures vt vniuersos pertinent, attenditur factum maioris, l. quod maior. ff. ad Munici. gloss. c. i. de reb ecclesi. non alien. in 6. c. i. de ijs quæ fi. à maior. partis, & sanioris. c. ecclesia vestra. de eccl. c. si cui. eod. tit. in 6. Maiorem † autem partem intelligo, respectu totius vniuersitatis, & capituli, non partium cõparatione minorum. l. mortuo. ff. de fideiusso. Cũ enim vniuersitas sit imaginarium quoddam corpus, per singulares collegij personas repræsantum. Panorm. d. c. ecclesia. Maior pars vniuersitatis tunc duntaxat facere dicitur, cum totius corporis

27

28

29

poris

30 poris maior pars consentit. cap. quoniam de iure patr. Nec t̄obstat, quòd efficax sit facta à maiori parte patronorum præsentatio, licet maior pars omnium non concurrat: hoc enim ideo, quia patroni vt singuli præsentant. Secùs igitur, vbi ab alijs, tanquam à collegio fieret præsentatio. d. ca. ecclesia. Panorm. Ioan. And. & Panorm. d. c. quoniam. Et hæc sunt electionum vitia, quæ animaduersione digna mihi visa sunt. Cætera verò quæ ab alijs, Roffre. in titu. de cau. propt. quæ vitia. elect. Rebuff. in §. fin. de reg. ad præla. no. fac. in concord. copiosissimè alibi tractantur, hic infercire superuacaneum duxi: quòd præsertim intelligam, nouella huius regni lege, c. vni. de electi. derog. in concord. electionibus prorsus abrogatum esse.

#### De nominatione. CAP. IV.

##### SUMMARI A.

- 1 *Nominatio in quo differat à postulatione.*
- 2 *Nominatio quando ius tribuat.*
- 3 *Rex Gallia ad prælaturas nominat.*
- 4 *Episcopus cuius ætatis esse debeat.*
- 5 *Nominandus à rege debet habere gradum.*
- 6 *Mendicantes possunt nominari.*
- 7 *Nominatio ad vacatura.*
- 8 *Nominatio quid.*
- 9 *Nominationes sunt gratia.*
- 10 *Nominatio an tribuat ius ad rem.*
- 11 *Gratia ante vacationem, conditionalis.*
- 12 *Ius ad rem affectiuum.*
- 13 *Nominatus an vicarium requirat*

- 14 Vicarij recusatio non deuoluit.
- 15 Nominatus intra quod tempus petat benefici-  
um.
- 16 Deuolutio fit cum onere.
- 17 Negligens an beneficium acceptet.
- 18 Tempus nominatis, & graduatis, datum.
- 19 Theologalis praebenda cui debita.
- 20 Villa murata quae.
- 21 Parochialis ecclesia.
- 22 Baptismalis ecclesia.
- 23 Mandatarius omnibus praefertur.
- 24 Beneficia comprehensa mandatis.
- 25 Specialia duo an concurrant.
- 26 Conferre dicitur qui per alium confert.
- 27 Nominare qui possint.
- 28 Vniuersitas cur nominet.
- 29 Vniuersitates quae nominant.
- 30 Vniuersitas noua an nominet.
- 31 Facultas non nominat.
- 32 Vniuersitas ordinaria potestate utitur.
- 33 Nominationibus qui grauentur.
- 34 Cardinalium indultum.
- 35 Capitulum nominatione grauat.
- 36 Clausula, communiter, vel diuisim.
- 37 Capitulo non fit nominationis insinuatio.
- 38 Collatio facta nominato, an necessaria.
- 39 Vniuersitas an nominationem reuocet.
- 40 Nominari qui possint.
- 41 Tempus legitimum studij.
- 42 Attestationum, & nominationum necessaria.
- 43 Nobilium prerogatiua.

- 44 *Matricula an necessaria.*
- 45 *Valor beneficij an in nominat. exprimendus.*
- 46 *Pensio an exprimi debeat.*
- 47 *Beneficia in nominationibus exprimenda.*
- 48 *Beneficium non possessum, an debeat exprimi.*
- 49 *Spoliatio non aufert titulum.*
- 50 *Beneficium non pacificum.*
- 51 *Recredentiam habens, non possidet.*
- 52 *Valor beneficij exprimendus.*
- 53 *Annata quid.*
- 54 *Galli non exprimunt verum valorem.*
- 55 *Bursales constitutiones Galli reijciunt.*
- 56 *Qualitas beneficij, an exprimenda.*
- 57 *Qualitates iure communi inherentes.*
- 58 *Qualitates beneficiorum exprimenda.*
- 59 *Correctio quando vitanda.*
- 60 *Insinuatio nominata, quomodo fiat.*
- 61 *Literæ duplicatæ.*
- 62 *Gratificationi quando locus.*
- 63 *Papa cum quocunq; concurrat.*
- 64 *Collatio prior an posteriorem impediatur.*
- 65 *Deuolutio annullat collationem.*
- 66 *Nominatio ad quæ beneficia trahatur.*
- 67 *Mandatario beneficium resignatum debetur.*

**P**OTES T per nominationem quoque electi-  
 uo beneficio prouideri, ca. bonæ. 1. in fin. de  
 1 postu. præla. quæ † à postulatione, hoc tan-  
 rum nomine differt, quod de vno postulatio, de  
 pluribus nominatio fiat, Hostiē. & Panorm. d. c.  
 bonæ. ideoque superiori præsentata, ad instar po-  
 stulationis, c. bonæ. 2. ad fin. de postu. præl. efficit,  
 ne

ne possint variare nominantes. Gof. & Hostiē. in  
 sum. Et à superiore comprobata, absque alia con-  
 firmatione, plenum ius nominato tribuit. d. c. bo-  
 nã. 2. §. fin. gloss. c. fin. de elect. in 6. Neque t̄ obstat  
 quod alibi dicitur nominatione nihil iuris quæ-  
 ri, c. quod sicut in princ. de elect. Idem enim ob-  
 tinet in nominatione, quæ fit per modum tracta-  
 tus ab electoribus, gloss. c. quanto. 63. distin. cum  
 nec quidem in scrutinio facta, ius conferat nomi-  
 nato, ca. perpetuo. de elec. in 6. c. si tibi ab lenti. de  
 præben. eo. lib. nisi post scrutinij publicationem,  
 c. publicato. de elect. c. contra. 16. quæst. 7. quo ca-  
 su magis electio dici debet: c. cum olim. de re iu.  
 gloss. §. volens. de collat. in pragm. hodie verò in  
 Gallia cessant electio, postulatio, & collegij no-  
 minatio. Solus namque princeps t̄ noster ad præ-  
 laturas nominare potest, §. 1. de reg. ad prælat. no.  
 fac. in concord. non quidem quoscunque pro ca-  
 ptu suo, sed tanto munere dignos: c. qui episcop.  
 23. distin. ætate videlicet, doctrina, gradu, & mo-  
 ribus idoneos. ca. cum in cunctis. de elec. & d. §. 1.  
 A Etate, t̄ vt 27. annum attigerint. c. vn. de postul.  
 præl. in extra. eod. & d. §. 1. Licet olim non posset  
 Episcopus eligi, nisi qui 30. annum exegisset. d. c.  
 cum in cunctis. ca. presbyt. 78. distin. Doctrina &  
 gradu, nec t̄ enim satis est nominandum à Rege,  
 peritum esse, nisi in fulis quoque, vel licentiæ,  
 vel docturæ, in altero iurium insignitus sit, aut  
 magisterio in Theologia ornatus. c. conuenienti-  
 bus. §. item Constantinus, 1. quæsti. 7. & d. §. 1. Præ-  
 terquam in regis consanguineis, ac sublimibus  
 personis. c. de multa. in fin. de præb. & d. §. 1. Atq;  
 etiam in t̄ Franciscanis, quos obseruantes vocat,  
 cæterisque mendicantibus, qui ex regulæ institu-  
 to, similibus titulis nequeunt decorari. d. §. 1. ver.

H

con-

consanguineis. & vbi que plenè Rebuff. Sanè præter has nominationes, de quibus hæctenus dictū est, & quæ ad vacantia beneficia referuntur, glos. §. volens. de col. in prag. est † & alia quædam nominatio vacatura respiciens, vt quæ à celebri aliqua Gallorum Academia procedit, in alumnorum suorum gratiam. §. in super. cum seq. eod. tit. Hac enim ratione, & vt maiore præmiorum spe, ad studia accenderentur homines, l. quicquid. C. de aduoca. diuers. iud. vniuersitatesq; regni honestissimè fouerentur, hoc nominationum genus, ecclesia Gallicana recepit. §. item placuit. de collat. in pragm. Potest autem sic non malè nominatio finire. Vt sit † gratiosa quædam concessio facultatis petendi, & acceptandi beneficium, præfinito tempore vacans, ab vniuersitate Gallie celebri, Gallo suæ disciplinæ alumno, legitimè facta. Quæ finitio, quia totam hanc quæstionem cōtinet, accuratè nobis est exponenda. Dico imprimis, gratiosa concessio: sunt † enim nominationes gratiæ, §. volens. de colla. in pragm. gloss. §. item quod ad dictas eod. tit. cum à mera vniuersitatis pendeant voluntate. §. præfati. eod. titul. in concord. Ad quarum ideo concessionem, Academia cogi non possunt. c. penult. de postu. præla. c. precariæ. io. quæ. 2. Licèt non iure faciant, doctis, & bene meritis graduatis, eas denegantes. gloss. d. §. item quod ad dictas. Gratiæ autem verbo, quæcunq; gratiosa concessio continetur, siue à Romano Pontifice, siue ab alio procedente, glos. Clemen. gratiæ. de resp. hinc putant recentiores, Rebuff. tracta. nomin. quæst. 4. per nominationem † legitimè insinuatam, ius saltem ad rem quæri nominato, cum non tantùm præsentatio, c. dilectus. de off. leg. reseruatio, c. fin. de concess. præbē. in 6.

in 6. priuilegium, c. dudū. vers. nos igitur. de præben. eo. lib. tale ius tribuant: Sed etiam quæcunq; gratia expectatiua. c. vn. de offic. deleg. extra eod. gloss. c. quamuis. de rescript. in 6. Et quoniam decreti irritantis clausula: qua beneficium affici constat, ca. tibi qui. de rescript. in 6. ca. 1. & c. si soli. de concess. præben. eod. libr. nominationes adiuuantur. §. si quis verò. de colla. in concord. Vbi autem affectum est beneficium, ius ad rem acquiritur: cap. si postquam. de præben. in 6. veteres tamen aliter censuerunt, gloss. §. volens. & §. quid si quis. de colla. in pragm. per nominationem scilicet nec quidem ius ad rem, nominato quæri. Quorum sententia, iustior mihi videtur, ante vacationem beneficij, cum eo tempore gratia conditionalis sit. Aegid. Bella. decis. 358. cuius effectus, cum omnino pendeat ex futuro euentu, l. cedere. ff. de verbor. significat. non est considerabilis. l. si ita scriptum. §. 1. ff. de leg. 2. l. post emancipationem. ff. de lib. le. Vt eorum, gloss. c. veniens. de renun. sententiam merito probem, qui volunt literas gratiæ, aut mandatum de prouidendo, nõ tribuere ius ad rem, sed ius tantum implorandi officium superioris, vt vacante beneficio, diffinito (à lege) tempore, nominato mandatariove, prouideat: nisi post receptionem, seu collationem Canonice. d. c. si postquam. de præben. in 6. & d. c. fin. Quod & ad quemcunq; titulum, habilem de futuro, nouissimi nec iniuria extendunt. Gomez. in reg. de non toll. ius quæsitum. Nec vrget desumpta ex præsentatione argumentatio, cum enim fiat ad certum, & vacans beneficium, præsentatio: ius ad rem merito confert. d. ca. dilectus. de offic. leg. At nominatio ad incerta & vacatura beneficia dirigitur, vt merito diuer-



- sum dici debeat, tum propter incertitudinem, Panorm. c. si sacerdos. in fin. de offi. ordin. tum ne contingat, duos in eadem ecclesia, vno tempore ius habere, l. si vt certo. §. si duob. ff. commod. in locumq; titularij viuentis, alterum irrepere. ca. 1. 2. & 3. de concess. præbend. c. audiuimus. 3. quæst. 2. Data verò vacatione beneficij, ius ad rem per gratiam, atque adeò per nominationem acquiri puto, Cle. auditor. de rescrip. gl. c. quamuis. eod. tit. in 6. sequuta præsertim acceptatione, propter probabilem spem de præsentis. l. inde Neratius. §. idem Iul. ff. ad l. Aquil. Bart. d. l. post emancip. §. 1.
- 12** Et non tantum ius ad rem simplex, sed & affectiuum, vt vocant, hoc est, manus ordinarij ligas, si vel decreti clausula interueniat, vel receptio in canonicum, vel inhibitiõ executoris. c. si capitulo. & c. si soli. de concess. præb. in 6. l. mol. c. dilectus. 2. colum. 6. de præb. Vt in proposito, cù collationes beneficiorum, factas alijs quàm nominatis volentibus, & prosequentibus, ipso iure nullas, nouella lex decernat. §. si quis vero. & §. fin. de colla. in concord. Petendi t̄ & acceptandi ab ordinario collatore, non etiam ab eius vicario, glo. §. item voluit eod. tit. cùm enim is non possit sine speciali mandato conferre beneficia, c. fin. de off. vica. in 6. frustra ab eo peteretur collatio beneficij. c. quod autem de iur. patr. Vnde nec eius t̄ refutatio, potestatem ad superiorẽ deuolueret. gl. d. §. item voluit. cùm ibi nulla mora fieri intelligatur, vbi nulla petitio est. l. lecta. ff. de reb. cre. l. si pupillus. ff. de verb. obliga. Idemq; censendum, si vicarius ex mandato Episcopi conferendi beneficia potestatem haberet, & episco. præsens esset, Rebuff. tract. no. quæst. 17. Cùm Episcopo præsentis cesset, & quiescat, vicarij potestas. Porro autem, licet

licet expectanti apostolico, cum clausula acce-  
 ptandi mensis ad acceptandum præfinitus sit. Cle.  
 vn. de concess. præben. nullum tamen † nominato 15  
 præscriptum tempus legimus, ad petendum bene-  
 ficium, quod ideo ius dicentis arbitrio relictum  
 intelligi debet. l. i. ff. de iur. delib. c. si cler. de præ-  
 ben. in 6. Arbitrari tamen ita iudicem oportebit,  
 ut semestre ad conferendum ordinarijs, tam iu-  
 re proprio, c. 2. de concess. de præben. quam deuo-  
 luto, ca. licet. de sup. negli. prælat. aut ad præsen-  
 tandum patronis clericis. c. vnic. de iur. pat. in 6.  
 datum, nominatus, citra iustum impedimentum.  
 c. fin. de elect. c. quia diuersitatem de concess. præ-  
 ben. non prætergrediatur. gloss. §. item quod om-  
 nia de coll. in prag. Habet enim suam vim Latera-  
 nensis concilij decretum, d. c. 2. de concess. præbe-  
 etiam in negligente petere beneficium. gl. §. item  
 circa de coll. in pra. Imol. Cle. si de bene. de præb.  
 Vnde licet † cessante nominati negligentia, supe- 16  
 rior, (ad quem beneficia cum prima qualitate de-  
 uoluuntur) Cle. vn. de sup. neg. præl. facta deuolu-  
 tione, sicut inferior, nominato conferre teneat-  
 tur. §. quod si quis. 7. de colla. prag. §. si quis verò  
 eod. tit. in concord. Si tamen † negligens fuit no- 17  
 minatus, non poterit à superiore, nominatione  
 non grauato, petere beneficium, necdum etiam  
 alteri collatum. gloss. d. §. item quod omnia. Nam  
 quod dicitur, eum qui neglexit petere benefi-  
 cium, illud quandiu alteri collatum non est, nihil-  
 ominus acceptare posse. c. si tibi absent. de præ-  
 ben. in 6. gloss. c. si clericus, eod. titu. Tunc dunta-  
 xat obtinet, cum omnia in integro sunt. l. manci-  
 piorum. ff. de opt. leg. Quia nec ab ordinario con-  
 ferendi potestas abdicata est, nec beneficiū alteri  
 collatum. gl. d. §. item quod omnia. *Beneficium præ-*

- 18 *fnito tempore vacans.* Non fatis t̄ est vacare benefici-  
cium, vt illud nominatus petere possit: nisi illud  
diffinito à nouella lege tempore vacet, §. præfa-  
ti. de coll. in cōcord. tempus autem in nominatis  
graduatis, est mensium Ianuarij, & Iulij. In gra-  
duatis verò simplicibus, Aprilis & Octobris, d. §.  
1. de reg. facul. 1. mens. in concord. d. §. præfat. illis  
prouidentissimè dicatum, vt omnis prætextus,  
& occasio litium, præscinderetur, quæ antea ob  
incertitudinem tertiæ partis, ex concilio Basiliè  
si decretæ, oriebantur, ortæq; in immensum cre-  
scebant, gl. d. §. item placuit de colla. in prag. Pre-  
bēda porrò t̄ Theologalis, hoc est Theologo ido-  
neo in Ecclesia Cathedrali debita, c. quia nōnul-  
lis. §. sanè. & c. fin. de magi. c. oportet. & c. licet er-  
go. 8. q. 1. quocunq; tempore vacet, Theologo de-  
betur, c. 1. & §. præfati. 1. vbi gl. de coll. in cōcord.  
idemq; in Ecclesia parochiali, sita in ciuitate, aut  
20 villa murata, §. statuimus. 2. eod. tit. Hoc t̄ est ( vt  
Gallorum loquendi communis vsus interpreta-  
tur ) pago quocunq; mœnibus clauso, murisve  
circundato, in quo frequens populus habitat. gl.  
21 §. in eccle. de collat. in pragm. Parochialem t̄ au-  
tem Ecclesiam appello, ædem sacram certis di-  
stinctam limitibus, c. super eo, de paroch. c. eccle-  
sias. 13. quæsti. 1. intra quos homines constituti, ad  
templum illud conueniunt, sanctum, & spiritale  
viaticum percepturi, c. 2. de paroch. Clem. dudū.  
22 §. verum. de sepult. quæ & t̄ baptismalis, quando-  
que appellatur. c. 1. de no. oper. nunt. c. plures. 16.  
quæsti. 1. Quia iure communi, baptisteria solis con-  
cessa sunt parochijs. c. his quæ de maior. & obed.  
ca. 2. de capel. monachor. Sanè non possunt paro-  
chiales Ecclesiæ, in ciuitatibus, seu villis mura-  
tis existentes, alijs quàm graduatis, aut qui sal-  
tem

tem per tres annos in Theologia, vel altero iurium studuerint, conferri. d. §. in ecclesijs. & d. §. statuimus. Nisi in vim mandati cum beneficiorum quocumque aut quomocumque qualificatorum, atque adeo in villis muratis sitorum, liberam collationem, praeventionis iure Romani Pontifici sibi reseruauerit. §. declarantes. de mandat. apost. in concord. Et perpetuum sit, † Apostolicum licet in data posteriorem, graduatis, vel nominatis, sicuti & omnibus antea receptis, etiam legati auctoritate, praefendum. ca. eum cui. c. si à sede. & c. hi qui. de praebend. in 6. gloss. §. non tamen. in fin. de collat. pragm. Nec nos mouerint recentiorum, Rebuff. in d. §. declarantes. argumenta, non in primis quod ex concordati verbis, beneficia sub illis † comprehensa considerant: fateor enim aliqua esse beneficia, quae mandatis minimè continentur: veluti dignitates electiuas, c. cum in illis. §. 1. de praeben. in 6. beneficia nouè creata, Clement. fin. de rescript. vacantia in curia Romana, c. 2. de praebend. in 6. suppressa, ca. cum accessissent. vbi Felin. de constitut. & id genus quae suo loco diffusè memorabo, de quibus concordatum, d. §. declarantes. loqui conijcio, non item vt illi putant de villis muratis. Non obstat rursus quod alioqui aduersus iuris regulas, l. i. C. de dot. promiss. duo specialia inducamus, vt scilicet mandatarius, nominatis & graduatis praefertur, habeatque beneficia, quorum ex lege saltem concordati, est incapax: nam hoc falsum est, quum haec qualitas, nulla lege in mandatario desideretur, concordatum enim, dicit. §. statuimus. prohibens, ne tales villae muratae alijs personis quam ibidem designatis conferantur, ordinarios tantum & eorum auctoritatem impedit: & quod

- 25 de concursu ¶ duorum specialium, efferri vulgo solet, periculosum est, l. fin. C. ad Velleian. vt fufius alibi demonstraui. libr. de iuris ciuilis arte. 1. cap. 14. & in l. si is qui. ff. de vsucap. Prætereà vbi verum esset, eorum tamen concursum admitti constat, vbi vtrumque iure communi inducitur, & alterum ex altero fluit. l. singularia. ff. de rebus cred. §. si ab hostibus, quib. mod. ius pat. pot. Bal. l. 1. in fin. C. quan. li. ab empt. disce. Denique non pugnat, quòd aliud sit conferre, aliud mandare collationem ab altero fieri: gl. c. duob. de rescri. in 6. & in c. eum cui, & c. si postquam. de præben. eo. lib. vnde quia Papa sibi successoribusque suis reseruat vt beneficia quæcunq; & quomodocunq; qualificata conferre possit, d. §. declarantes, non videtur hoc mandati executoribus permisisse. l. cum prætor. ff. de iud. c. ad audientiam de deci. Et
- 26 enim respondeo, tunc ¶ Papam censerì conferre: cum exequutor Apostolicus, in vim mandati cõfert: c. hi qui in fi. de præb. in 6. is enim facere dicitur, qui alteri faciendum mandat. l. pater in fine. ff. de ma. vind. Panorm. c. in caussis. col. 2. de elect. Sicuti & is ab Episcopo destitutus intelligitur, qui à vicario mandatum habente, remouetur. gl. c. vn. de ca. mo. in 6. Alijs multis modis nouellâ legem, §. in ecclesijs. de collat. in pragma. §. statuimus. 2. eod. titu. in concord. de parochialibus Ecclesijs villisque muratis loquentem, Doctores, gloss. d. §. in Ecclesijs. Rebuff. d. §. statuimus. & in tractat. no. quæstio. 16. ampliant, restringunt, & interpretantur, quæ apud illos legenda relinquo.
- 27 *Ab vniuersitate Gallie celebri. Solis concessum test vniuersitatibus<sup>a</sup>, vt alunos suos nominare possint. Sitê quod ad dictas, & §. ita tamen. vbi gl. de coll.*  
in

in prag. cum enim in studiorum gratiam, l. quicquid, C. de aduo. diuer. iud. & vt Ecclesijs de viris doctis prouideatur, ca. cum ex eo, de elec. in 6. nominationes introductæ sunt, §. insuper, cum seq. qu. de collat. in prag. Academijs † hanc facultatē 28  
concedi oportuit, quarum antecessores, studiosorum qualitatem, perspectam verisimiliter, & cognitam habent. l. nemini, C. de aduoc. diuer. iudi. Quosque præsumendum est, illorum tantum nomen edituros, quos tanto munere dignos existimarint. l. 2. C. de offi. ciuil. iud. c. in vestra, de procur. ca. nisi de præben. Neque † verò putandum, 29  
omnibus id permissum vniuersitatibus, sed Gallicanis tantum, & Delphinatus, Proc. Concord. §. 1. de regu. ad præl. no. & alibi sæpè. & ijs quidem celebribus, seu vt dicunt famosis, in quibus videlicet multi nominis interpretes iura publicè profitentur, §. præterea, de collat. in concord. modo tamen suspensæ non sint, §. monemus, eod. titul. temporeque duntaxat quadragesimæ, (vt Gallorum recepit vsus) ea liberalitate vtantur, gloss. §. statuit, de colla. in prag. & ad beneficia extra regnum sita, nominationes non protédant: Rebuff. qu. 6. tract. nomina. cum autem vnitæ prouinciæ ius, naturam, & priuilegia fortiatur, cui adiunctæ sunt: l. si conuenerit, §. si nuda, ff. de pigno. actio. vbi Bartol. crediderim, Taurini † vniuersitatem 30  
paucis abhinc annis regno Gallorū additam nominare posse. l. prædijs, §. qui domū, & l. vxorem, §. legauerat, ff. de leg. 3. Nam & si nouè in Gallia vniuersitas erigeretur, eisdem quibus veteres prærogatiuis, & priuilegijs frueretur. c. cū olim de cōf. Cū autē nominandi potestas Academijs peculiari ter tributa sit, §. præfati, 1. de collat. in conc. palā est, solas iuris, Theologiæ, aut alterius discipline

- 31 † facultates, nominare minimè posse. gloss. §. ita tamen, in fin. eod. tit. in prag. Sed nec literas temporis studij (si summo iure vtamur) cum eæ ab vniuersitate manare, pariter & procedere debeât, §. præfati. 2. de collat. in concord. non conflatur autem vniuersitas, ex facultatibus separatis: Bal. auth. habita, C. ne fil. pro patr. quod tamè stricti ius, Parisiensis Academia non recepit. In qua quælibet facultas, tam gradus, quàm tēporis studij literas, eiusdem facultatis scribæ non vniuersitatis manu signatas, concedit supremo senatu, vt docti viri, Rebuff. d. §. præfat. referunt, id comprobante. Porro autem quoniam † concedendarum nominationum facultatem vniuersitatibus lex defert: §. item quod ad dictas, & §. ita tamen, de coll. in prag. putauerim, vniuersitates ea in re, ordinaria vti potestate. l. & quia, ff. de iuris. omn. iudic. Nam etsi ex Romani pontificis delegatione, id facerent, consequens esset, vt ab Academijs nominati, Apostolicis impetrantibus, in data posterioribus, præferrentur aduersus concordati legē, §. declarantes, de man. Apost. in concord. Quandoquidem à Papa nominati, censerī debent, quos eius delegatus nominauit. l. pater in fine, ff. de ma. vind. Fel. in c. post cessionem, ad. fi. de proba. Oportet autem ordinarijs collatoribus, hoc est, qui legis, aut Romæ. pontif. concessione, beneficia conferunt, ca. à iudicibus, 2. qu. 6. gloss. ca. ordinarij, de offic. ordi. in 6. vel ecclesiasticis patronis, ab vniuersitatibus nominat. dirigi. §. i. §. præterea, & tot. tit. de colla. in concord. Quicumque
- 33 † tamen fuerint ordinarij, grauari poterunt, d. §. præfati, i. & d. §. præterea. siue Regulares, siue seculares, §. volumus, de collat. in concord. & tam
- 34 maiores, vt † Cardinales, legati, Archiepiscopi  
& Epi-

& Episcopi, §. quod si quis, i. eo. tit. prag. §. si quis  
 verò, eod. tit. concord. licet priuilegio (quod in-  
 dultum vocant) suffulti, ne sua ab alijs beneficia  
 conferantur, Rebuff. qu. 8. tracta. nomi. cum vim  
 contractus habeat cōcordatum. §. i. de fir. & irro.  
 stab. concor. Cui ideo Romanus pontif. in præiu-  
 diciū Gallorum, quibus iam ius quæsitum est  
 derogare nequit: ca. i. de proba. c. post ea, c. 25. q.  
 2. quàm minores, vt abbates, & alij inferiores col-  
 latores. d. §. præfati, 7. Ad eò quidem, vt † collegi-  
 um seu capitulum ecclesiæ, collationem benefi-  
 ciorum, habens sicut mandatis, ca. eam te, de re-  
 scrip. cap. fi. de concess. præb. in 6. ita nominatio-  
 nibus grauari possunt. d. §. præfati, i. Eidem que  
 directa nominatio, singulares canonicos, vice ca-  
 pituli conferentes, comprehendat. ca. fi. de præb.  
 in 6. Licet secus, si ratione dignitatis conferant.  
 Tametsi † adiecta esset clausula, communiter, vel  
 diuisim, d. c. fi. vbi gloss. & doct. gloss. §. statuit, de  
 collat. prag. Cùm literæ capitulo directæ, palam  
 faciant, noluisse nominantes, dignitatem extra  
 capitulū grauare. c. cùm in illis, §. fi. de præb. in 6.  
 Ex quo ratione dignitatis, de capitulo collator  
 non existit. Innoc. c. 2 de instit. Operabitur ergo  
 hæc adiectio, communiter vel diuisim, vt anti-  
 quior canonicus, ex fundatione beneficij colla-  
 tionem habens, cum ratione canonicatus de capi-  
 tulo sit, per nominationem, sicuti per mādatum,  
 grauatus intelligatur. d. ca. eam te, & d. c. fin. in fi.  
 Non † poterunt tamen, capitulo à quo beneficia,  
 nec quidem nominatis conferri possunt: sede va-  
 cante, nominationes insinuari. gloss. §. itē voluit,  
 de collat. in prag. Cùm non sit ordinarius colla-  
 tor. c. illa, ne sed. vac. Nec obstat, quod crebrò ex-  
 istimatum sit, in collationibus necessarijs, (qua-  
 lem

35

36

37



lem dicunt quæ fit nominato) capitalum Episcopo succedere. Rebuff. qu. 14. num. 78. Nam hoc falsum, ex Alexan. iij. d. c. eam te, de rescrip. constitutione, & Honorij in rescripto, d. ca. illa. paulò ante euicimus. Nec t̄ admodum tutum mihi videtur, asserere collationem quæ fit nominatis, necessariam esse: quando concurrentibus pluribus eiusdē anni nominatis, possit Episcopus cui vult gratificari. §. statuimus, 1. de collat. in conc. Quo casu liberalitatem exercere dicetur, saltem in cui vult conferendo. gl. ca. relatum, de præb.

39 Sed an t̄ vniuersitas nominationem re integra reuocare possit, quæritur? Et creditum est posse, gloss. §. item quod addictas, de collat. in pragm. Cùm per eam nullum ius quæretur nominato, vt antè probatum est. Et postulâtes re integra à postulatione resiliant, ca. bonæ, 2. de postul. præben. Ego verò contra. Si non subsit ingratitude, aut alia iusta causa reuocandi. Clem. 1. de renuntiat. ca. pastoralis, de iur. patr. Et quoniam Episcopus nominandi facultatem, in ecclesia habens, non variat, si semel nominauit. l. apud Aufidium, ff. de opt. leg. Rot. 22. & 35. in Ant. Nec dispensationem à se factam, inferior à Principe reuocat. ca. ex tua, de fil. presbyt. gloss. ca. cum ex eo, de elect. in 6.

*Gallo sue discipline alumno.*

40 Nominari t̄ verò non possunt, nisi clerici, ca. cum adeò. de rescrip. ca. ex literis, de transact. natalibus, ætate, & moribus idonei, capit. cum in cunctis, de elect. & ij quidē non exteri, sed Galli. Quibus peculiariter hoc indultum est, §. nam ecclesiarum, vbi gloss. in proœ. prag. si post nauatā per statutum tempus studijs operam, §. præterea, de collat. in concord. vniuersitate celebri, quæ nomi-

nominationem confert, §. item quod ad dictas  
 eod.tit. in prag. §. volumus, eod.titu. in concord.  
 aliquo gradu legitimè sint decorati. §. item pla-  
 cuit, & §. insuper, eod. in prag. §. teneantur, eo. in  
 concord. Et ita non per saltum, l. nemo, C. de ad-  
 uoca. diu. iudic. recepto puta licentiæ gradu ante  
 baccalaureatum, vel docturæ ante licentiam. §.  
 monemus, de collat. in conc. Nec per bullam, seu  
 rescriptum principis. 10. Fab. §. responsa. de iur.  
 natur. Ias. l. si. quis maior, C. de transa. Denique  
 beneficia non habentes, vsque ad valorem ducen-  
 torum florenorum, aut ducatorum auri, de came-  
 ra. §. volumus, de collat. in conc. Tempus † autem 41  
 legitimum est in Theologiæ gradu decennium.  
 Præterquam respectu baccalaureorum, vt vocât  
 simplicium, in quibus sex anni sufficiunt. In do-  
 ctoribus verò, & licentiatis, in altero iurium aut  
 medicina, septênium. In baccaulaureis, iuris ca-  
 nonici, aut ciuilibus (si non ex vtroque parente no-  
 biles sint, quos per tres annos in altero iurium  
 studuisse, satis est) quinquennium vt & magistris,  
 & licentiatis artium, cum rigore examinis. d. §.  
 præterea, & d. §. insuper. Quemadmodû † autem 42  
 in nominationibus desideratur scriptura, §. præ-  
 fati. 1. & 2. de collat. in conc. scribæ vniuersitatis,  
 (quem alij Secretarium, alij bidellum vocant)  
 manu ob signata, & authentico eiusdem acade-  
 miæ sigillo annotata, dict. §. præfati. 2. in fin. quæ  
 diem, mensẽ & annum contineat, tum vt con-  
 stet, an extra permissum tempus, nempè quadra-  
 gesimæ, nominatio concessa sit: tum vt appareat  
 ex pluribus nominatis, quis antiquior existat. §.  
 statuimus, l. de colla. in conc. Hoc est, primò no-  
 minatus, ca. fi. de consue. in 6. ca. fin. 17. dist. simi-  
 liter, hæc omnia in attestationibus tēporis studij  
 defi-

desiderantur. d. §. præfati. 2. Et præterea duò testes, integræ fidei, l. 3. l. vbi numerus, ff. de testib. eiusdemq; cum eo de cuius studio deponunt professionis. ca. veniens, 2. in fin. de testib. qui iurati l. iurifiurandi, C. eod. ca. tuis, eod. tit. de perfecto studij tempore, non domi, sed in celebri aliqua vniuersitate, d. §. præterea. nec singulariter, sed concorditer, ca. bonæ, 1. de elect. deponant. Sanè

43 † quoniam nobilibus ex vtroque parente (quibus non tantum in profanis, l. non tantum, §. 1. ff. de excusat. tutor. sed etiam in spiritualibus, vbi generis claritatem, virtutum dignitas comitatur, cap. penult. de præbend. ca. recurat, §. fin. 32. qu. 4. pleraque peculiariter lex indulgit) ca. de multa, de præben. & d. ca. penult. studij tempus, breuius multò quàm alijs diffinitum est, d. §. in super, & dic. §. præterea. rem quoque, ne via fraudibus pateret, diligentius inquirèdam. Concordatum censuit, vt scilicet quatuor testibus (iam dictæ qualitatibus) in iudicio coram magistratu ordinario loci, in quo natus est, qui notabilitatem allegat deponentibus, perquisitæ rei veritas elucescat. §. cum verò, de collat. in concord. Præter

44 superiora, † sunt qui putant illud quoque necessarium, vt literæ studij testentur eum quo de agitur, in scholasticorum numerum quondam relatum, hoc est, matriculatum fuisse. gloss. §. item quod ad dictas, de collat. in prag. quando quidem scholarium, vt nec militum priuilegijs minimè fruuntur, qui in matricula, hoc est libro, in quo certæ conditionis homines describuntur, l. 3. de agent. in reb. lib. 12. ca. relati non sunt: lex eo, ff. de mil. testa. l. Scrinarios, C. eod. sed cum hoc neque Pragmatica, neque cōcordatum requirat, capi coniectura potest, eam nouellæ legis mentem

tem

tem non fuisse, l. de pretio, ff. de publicia. idque frequentissimo Gallorum usu, comprobatum scimus, & Rebuffus noster qu. 10. tract. nomina. testatur. Vt scilicet, matricula non desideretur, sed probatio temporis studij sufficiat. Præter t̄ superiora, ut suis partibus nominatio constet beneficiorum, quæ possidet nominatus, & eorum veri valoris, §. volumus, de collat. in concord. expressio requiritur. Beneficia autem sic accipere debemus, siue maiora, siue minora, cap. 2. de præb. in 6. gloss. cap. 1. de regul. iur. eod. libr. & quantumcunque modica, cap. si proponente, de rescr. ca. si motu, de præbend. in 6. siue præterea vnum, siue plura, l. 3. §. 1. ff. de neg. gest. cū harum rerum scientia, & expressio, vniuersitatem à concedendo remorari possit: c. postulasti, de rescript. quæ ratione hospitalia quoque, leprosariorum & cætera id genus, (quæ tamen beneficij verbo, non continentur) Clem. per literas, de præben. in nominationibus exprimi debent. gloss. §. item quod vniuersitates, de collat. in prag. Idemque de t̄ pensione dicendum puto, gloss. d. §. item quod. extensa concordati lege per limitem rationes, l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. Licet enim pensio beneficij verbo non veniat: ca. ad audientiam, de rescript. ca. quamuis, de præben. in 6. legis tamen mens hoc suadet, quæ scholarium inopia succurrere voluit. d. §. volumus. Inde palam faciens, nominationes ad literarum iustitiæ (quas alij in forma pauperum vocant) naturam accedere: in quibus non tantum pensionem, sed & temporale patrimonium, exprimi oportet. Felin. cap. postulasti, colu. 7. de rescript. A qua sententia, nec usus noster abhorret. gl. reg. Canc. 61. de beneficijs tergo dubium non est, siue ea de iure

45

46

47

pos-

possideantur, dict. §. volumus. siue vi, & de facto occupentur. gloss. in cap. eum qui, de præb. in 6. & in d. §. item quod. Nec enim inquirimus, vtrū iure legitimo teneatur: ne, l. i. §. non quærimus, ff. si quis, omiff. caus. testa. præsertim violentus, melioris conditionis, quàm legitimus possessor existat: l. Seruius, ff. quod vi aut clam. d. ca. eum qui. sed id tantum, an à nominato possideantur.

48 d. §. volumus. Per contrarium † verò, subtrahi in nominationibus poterit, vt doctores putant, collatum quamuis acceptatum beneficiū, cuius nondum possessionem nacti sumus. gloss. dict. §. item quod. Idemque creditum est in beneficio, quo quis spoliatus & deiectus fuit. gloss. dict. §. item quod. At ego in vtroque contra, cum enim per collationem ius ad rem, ca. si. de concess. præben. in 6. acceptationeque; sequuta ius in beneficio queratur: cap. si tibi absenti, eod. tit. & spoliatio, † non titulum, sed beneficij possessionem tantummodo auferat: cap. conquerente, capit. in literis de restit. spol. l. si id quod, §. si. ff. de acquir. possess. viget quoque his casibus ratio legis, quia expressum potuisset vniuersitatem à concedendo retardare. d. cap. postulasti. Qua paulò ante diximus, hospitalia, leprosas, pensiones, & similia, que nec beneficia sunt, nec beneficij verbo veniunt: d. ca. quamuis, de præb. in 6. d. Cle. per literas. exprimenda esse: multo magis igitur verum & proprium, eadem ratione vigente, exprimendū erit. Auth. multo magis, C. de episc. & cler. huc pertinet, quòd crebrò & rectè traditum est, apostolicum impetratè, de beneficio quo spoliatus est, debere mentionem facere. Panor. cap. in nostra, de rescript. & in ca. cum teneamur, de præbend. Amplius existimatum est, posse nominandū subtrahere

ticere

ticere beneficia, quæ à se possidentur, non † pa- 50  
 cificè (hoc est, non sine lite, & controuersia iu-  
 diciali) gloss. Clem. vn. de sequest. poss. quorum  
 veluti recredientiã habuit, lite tamen adhuc pen-  
 dente, super pleno (vt vocant) possessorio: glos.  
 d. §. item quod. quæ sententia in hoc regno non  
 vera esse non potest: cùm eo iure vtamur, vt ob-  
 tinens in vindiciarum lite (quam † victoriã vul- 51  
 gus recredientiam vocat.) Bud. l. 2. ff. de origi. iur.  
 nec quidẽ simpliciter possidere dicatur, sed sub  
 manu (sic loquuntur pragmatici) Regis, & curiæ.  
 Exprimere autem, quòd non ipse per se possidet,  
 nominandus non obstringitur, d. §. volumus, nisi  
 in eo ius certum habeat, & indubitatum. vt de  
 collato & eo, quo quis vi deiectus est, mox osten-  
 di. Verum quoniam nominationes, vniuersitas,  
 & collationem ordinarius, beneficia redditus du-  
 centorum aureorum de camera habenti, iustè de- 52  
 negat, d. §. volumus. sanctissimè constitutum est,  
 vt in nominationibus, verus possessorum † bene-  
 ficiorum valor exprimeretur. d. §. volumus. Et  
 in apostolicis impetrationibus, ex pontificum,  
 Vrba. vj. Rot. 292. no. Ioan. xxij. Anch. consil. 138.  
 & Inn. viij. Reg. cancel. 61. constitutione, & curiæ  
 Romanæ stylo, Panor. & Felin. cap. ad aures, de  
 rescrip. multò ante tempore receptum erat, nul-  
 la tamen pontificij iuris expressa lege suffragan-  
 te, gloss. Clemet. I. de præbend. siue de valore  
 obtenti siue obtinendi beneficij, tractemus. Pa-  
 normit. dict. cap. ad aures. Et quamuis hoc ratio-  
 nis velamento, vsus Romanæ curiæ scriptores,  
 confirment. Panor. Feli. & Deci. d. cap. ad aures,  
 Quoniam potest expressa reddituum beneficij  
 æstimatio Papam à concedendo retrahere. dict.  
 cap. postulasti, de rescript. Galli tamen aliam ra-  
 tionem

tionem esse putant. Ne Romanus pontifex Anna-  
**53** ta, † hoc est, fructibus primi anni sacerdotij va-  
 cantis, aut certa eorum parte) defraudari possit.  
 §. 1. de annat. in pragm. & concor. Vndè nec hanc  
**54** † veri valoris expressionem recipiunt, æstimati-  
 onem 24. ducatorum de camera, in quibuscunque  
 gratijs ad beneficia, cuiuscunque valoris dunta-  
 xat exprimentes. gloss. §. fin. de mand. Apostol.  
 in concord. Generaliterque † constitutiones Pa-  
**55** pæ Burfales, hoc est, ad implendos Romanorum  
 pontificum loculos editas, Galli rejciunt. Qui-  
 bus concordati lex, de verò valore in nominati-  
 onibus exprimendo, annumerari non potest.  
 Cùm nec Papæ, nec vniuersitati, annatę nomine,  
 quicquam præstetur. Quocirca hoc iure etiam-  
 num vtimur, vt nominationes verum possessi be-  
 neficij valorem expriment. Rebuff. tractat. nom.  
 quæst. 9. num. 33. In quibus præterea sicut in gra-  
 tijs, Clem. si Romanus à contrario, de præbend.  
 constituit Basiliense concilium, §. item quod vni-  
 uersitates, de collat. in prag. vt præsignes & no-  
**56** tabiles beneficiorum qualitates † insererentur.  
 Veluti. An dignitates sint, an personatus, cap. ad  
 aures, de rescript. An curam habeant animarum,  
 cap. cum in illis, in princ. de præbend. in 6. Clem.  
 1. eod. titul. continuamve ex statuto, vel consue-  
 tudine residentiam requirant: cap. fin. de cleric.  
 non resi. quarum & similibus qualitatibus expres-  
 sio, specialis esse debet. Clemen. fin. de offic. ord.  
 Vndè generalis per hæc veluti verba, non obstan-  
 te quòd alia beneficia habeat, etiam si fuerint di-  
 gnitates, personatus, &c. non sufficeret: gloss.  
 dict. §. item quod vniuersitates. nam & hæc vni-  
 uersitatem à concedendo, cap. quamuis, & cap. is  
 cui, de præbend. in 6. & collatorem à confe-  
 rendo, gloss. dict. §. item quod. retrahere possunt,

Qua ratione licet de qualitate ordinis annexi, ca. ei cui, de præbend. in 6. aut de beneficio accessoriè vnito, cum super eo dispensatio necessaria non fit: cap. super eo, eod. titu. mentionem fieri non oporteat: vbi tamen ecclesiæ æquè principaliter vnitæ essent, & annexæ: ita vt alteri altera non accederet, quia eiusdem potestatis, & dignitatis essent, l. generaliter, ff. de fideiuss. ca. vn. de consecr. eccl. in 6. annexa pariter foret exprimenda. Clem. i. de præbend. Et generaliter, qualitatis † insignes, quæ ratione priuilegij consuetudines ecclesiæ, aut aliter de facto insunt, sine 57 surreptionis vitio taceri non possunt, licet inherentes de iure communi, necessariò exprimi non debeant. Felin. in capit. in nostra, caroll. 4. de rescript. Veluti de cura animarum, quam Archidiaconus ipso iure habet. cap. ad hæc. de offi. Arch. cum enim princeps omnia iura in pectoris sui scrinijs habeat, l. omnium. C. de testament. ca. i. de constitu. in 6. deceptus dici non potest, taciturnitate eorum, quæ lege continentur. Accurs. & Bald. l. 2. C. si contra ius, Felin. dict. cap. in nostra. Sanè concordati lege, qualitatis † expressiõnem 58 minimè necessariam nouissimi credunt, Rebuff. qu. 9. num. 47. cum de ea in lege verbum nullum. l. de pretio. ff. de publ. Quorum sententia pragmaticæ correctionem inducens, vix defendi potest. Quod enim non mutatur, iure præsertim communi adiutum, Clement. i. Cle. si Romanus, de præbend. ca. cum in illis, eod. tit. in 6. cur stare prohibetur? l. præcipimus, in fin. C. de appel. Nec me fugit, antiquata esse per Concordatum, pleraq; pragmaticæ sanctionis capita: §. quod ad ea, in proœm. concord. cæterùm hac in parte, ei legi derogatum non legimus. Quin potius ea à



Concordato, interpretationem, & confirmationem recipit. dict. §. quod ad ea, iuncto §. volumus, de collat. in concord. Vndè secundum eius terminos concordati lex intelligenda. §. penult. de fil. ante dotal. instr. nat. col. 3. Nec t̄ correctio legis diminutorie induci debet: gloss. capit. cupientes, §. quod si per 20. de elect. in 6. aut ad capitula separata produci, quæ aliqua ratione saluari possunt. gloss. §. i. de hæredib. ab intest. col. 9. Porro autem t̄ impetrata in hunc modum nominatione, ne iustam alieni facti ignorantiam collatores prætendant, l. fin. ff. pro suo. debet nominatus per se, aut per procuratorem, l. i. §. i. C. de bon. mat. coram notario, & testibus, cap. quoniam contra, de probat. nomen suum, §. statuit. de collat. in pragm. §. teneantur, eod. titulo in concord. cognomen, literas gradus, nominationum, & temporis studij, nobilitatisque (si nobilis fuerit) ordinarijs collatoribus, aut patronis Ecclesiasticis seu eorum vicarijs, si illi absentes fuerint, semel in anno, tempore quadragesimæ insinuare, l. iubemus, C. de emancip. liber. id est, exhibere, ostendere, & præsentare. Clemen. causam, de electio. Debet t̄ præterea ordinarijs petentibus, cap. cum personæ, de priuileg. in 6. duplicatas literas, hoc est originales, cum exemplo, seu copia, suis sumptibus & expensis, dicto §. teneantur. dare. gloss. dict. §. teneantur. non quidem, vt ambas literas collator retineat, sed vt copia conseruata, authenticam, seu originalem visam, & perlectam reddat. dict. §. teneantur. Hec si neglexerit facere, nominatus nequibit eo anno quo negligens fuit, vacans etiam diffinito tempore beneficium in vim, gradus aut nominationis petere. §. ita tamen, de collatio. in pragm.

Si ve-

Si verò diligenter hæc omnia expleuerit, occurrente vacatione beneficij, debet collatorem, aut eius vicarium requirere, vt sibi conferat beneficium. Ille autem † graduum, aut nominationum ordinem sequi, non astringitur, §. statui-  
 mus, i. eod. titul. concord. sed ex graduatis, vel nominatis cui volet, poterit gratificari, dict. §. ita tamen. non prouisum tamen, dicto §. statui-  
 mus. vitandæ fraudis gratia, cap. quia nonnulli, de cleric. non resid. & ne vnus vendicet sibi sti-  
 pendia plurimorum, cap. fin. de consuet. in 6. nisi nominati diuersorum annorum essent. Tunc e-  
 nem antiquiori, hoc est primo nominato, dicto §. ita tamen, & dict. §. statui-  
 mus. si tamen idoneus sit, & cessante gradus prærogatiua, conferre tenetur. l. quoties vtriusque, ff. de regul. iur. cap. qui prior, eod. titul. in 6. Locusque sit anti-  
 quæ Iuris Regul. Qui prior est tempore, potior est iure. §. quod si quis, vbi gloss. de collati. in pragm. §. si quis verò, eo. tit. in concord. Quod si requisitus collator nominato conferre recuset, ad eundem est proximus superior, ad quem fit deuolutio. capit. cuncta per mundum, 9. 3. aut † Ro-  
 manus pontifex, cum quocunque siue proprio, siue deuoluto iure conferente, concurrens, dict. §. si quis verò. Alligatumque est interim ordinarij os, vsque adeò, vt si alteri quàm graduato, aut nominato conferat, sit ipso iure nulla collatio. l. si dari, ff. de verbor. obligat. cap. non præstat, de regul. iur. in 6. Vndè cum non præstet impedimentum, quod de iure effectum non habet: cap. fin. de iur. patron. gloss. §. quod si quis, i. de collat. pragm. traditum est, posse collatorem retrocedere, nominato cum effectu conferendo. l. nonnunquam, ff. de collat. bonor. capit.

62

63

- magnæ, 22. quæst. 4. Nec enim eius varietatem lex aspernatur qui mutauit in melius consilium. cap. post electionem, §. quoniam, de concess. præbend. c. inter dilectos, de excess. prælat. Et quod
- 64 dici solet, per primam t collationem impediri secundam donec prima cassata fuerit, intelligi volunt, nisi prima notoriè nulla sit. cap. cum terra, in fin. de electio. Aut non eodem iure ambæ procedant. l. tutorem, ff. de ijs qui, vt indi. capit. quia diuersitatem, de concess. præben. Vt in proposito, cum prior voluntatis fuerit, & posterior necessitatis. gloss. dict. §. quod si quis, i. Sed vt-  
cunque ex æquitate defendi possit hæc sententia, vix est, vt stricto iure recipiatur. Cum ordinarius, qui primo contulit non capaci, officio suo omninò functus, Panorm. cap. accedens, num. 3. de præbend. per delictum potestate conferendi priuatus sit, capit. cum in cunctis, §. fin. de elect.
- 65 facta que mox t ad superiorem deuolutio, dict. §. si quis verò. post deuolutionem autem facta collatio, nullius est momenti. cap. licet, & cap. fin. de sup. negl. prælat. Illud postremò notandum nominationis vim, ad omnia omninò beneficia
- 66 non protendi. Neque t enim electiua, §. monasterijs, de regu. ad prælat. not. fa. in concord. vacantia ex causa permutationis, §. volumus, de colla. eod. lib. patronata laicorum, §. præfati. i. eod. tit. post datam nominationum creata, Clemen. fin. de rescript. regularia in nominationibus secularis, secularia in nominationibus regularis, §. volumus, de collat. in concord. vacantia in curia, ca. 2. de præbend. in 6. aut aliter reseruata, cap. execrabilis, eod. titul. in extrâ. Co. nominationibus continentur. Et generaliter, quæcunque mandatis non comprehenduntur, quæ nos paulò inferiorius

rius suo loco referemus. Nectamen ignoro, inter nominationes & mandata, quantum ad hanc rem pertinet illud interesse, quod mandatario <sup>67</sup> beneficium simplici resignatione vacans de iure, ca. dudum, de præben. in 6. cap. fin. de renunt. eod. libr. (licet diuersum Gallorum mores receperint) debeat, non item nominato. §. item quod omnia, de collat. in pragm. Sed potest illud per ordinarium liberè cuicumque conferri, dict. §. volumus. nisi in fraudè nominatorum, vel graduatorum, facta probaretur renuntiatio. ca. 2. de renunt. in 6. Quæ fraus multifariam, multisque modis detegitur: quos copiosè iuxta, ac eruditè Rebuff. noster in dict. §. volumus. conguessit. Qui alibi præterea, differentias & similitudines multas inter nominationes & mandata, nominationumque materiam, diligentissimè perstrinxit: Rebuff. in §. declarantes, de mand. Apost. in concord. & in tract. nominatio. ad eum igitur auidè lectorem, cui hac nostra paraphrasi factum satis non videbitur relego. Ego enim in hoc tractatu plus æquo prolixior mihi fuisse videor.

## CAP. V.

## De mandatis Apostolicis.

## SUMMARI A.

- 1 *Episcopatum prouiso ad quem spectet.*
- 2 *Decreti liber quando editus.*
- 3 *Mandatorum origo.*
- 4 *Episcoporum carnalis affectus.*
- 5 *Executor duplex.*
- 6 *Literarum triplex forma.*
- 7 *Litera gratia.*

- 8 *Literæ iustitiæ.*
- 9 *Literæ cum secundum.*
- 10 *Literæ in forma communi.*
- 11 *Literæ dignum arbitramur.*
- 12 *Literæ facultatis.*
- 13 *Literarum facultatis vis.*
- 14 *Literæ rationi congruit.*
- 15 *Literæ si neutri.*
- 16 *Mandatis pluribus ecclesia non grauat.*
- 17 *Clausula, si pro alio.*
- 18 *Numerus pluralis in singularem.*
- 19 *Mandatorum grauamen in Gallia.*
- 20 *Gratia tertia quando effectum habeat.*
- 21 *Clausula optionis.*
- 22 *Mandatarum primum vacans acceptat.*
- 23 *Rescripti verba expendenda.*
- 24 *Clausula Decreti.*
- 25 *Pœna contra ignorantes nulla.*
- 26 *Annulatio actus an pœna.*
- 27 *Clausula anteferri.*
- 28 *Celestini Papæ imprudentia.*
- 29 *Clausula motu proprio.*
- 30 *Motus proprius quando nihil operetur.*
- 31 *Motus proprius inferioris.*
- 32 *Motus proprius non præsumitur.*
- 33 *Mandati forma apud Gall.*
- 34 *Forma mandati an substantialis.*
- 35 *Clausula à Gallis non receptæ.*
- 36 *Mandatum generale esse oportet.*
- 37 *Exprimenda in mandatis.*
- 38 *Ignorantia an excuset à surreptione.*

- 39 *Coniectura surreptionis.*
- 40 *Mandatum an tribuat ius ad rem.*
- 41 *Afficitur multis modis beneficium.*
- 42 *Mandatarijs concurrentibus quis praeferatur.*
- 43 *Hora inducit prioritatem.*
- 44 *Impetrans posterior, quando praeferatur.*
- 45 *Negligentia quando impetranti imputetur.*
- 46 *Beneficia mandatis non comprehensa.*
- 47 *Beneficia nouè creata.*
- 48 *Suppressa beneficia.*
- 49 *Monoculum beneficium.*
- 50 *Relatiuum aliquo.*
- 51 *Regularia regularibus, & cetera.*
- 52 *Mandata quando expirent.*
- 53 *Papa reuocat gratias.*
- 54 *Mandata an morte Papae reuocentur.*
- 55 *Fulminare processum.*
- 56 *Renuntiatio quando in manu superioris.*
- 57 *Renuntiatum tacite gratia.*
- 58 *Galli mandata generalia recipiunt.*
- 59 *Mandatarius vacans acceptat.*
- 60 *Litigiosum beneficium nemo acceptare tenetur.*

**I**NITIO nascentis Ecclesiae, Episcopatum ¶  
 prouisio ad solum Roman. Pontific. c. omnes.  
 22. distinct. pertinuit, qui summa ratione, eam  
 non multo post tempore, transtulit in collegia  
 singula Cathedralium ecclesiarum. c. fin. 16. qu. 7.  
 Panorm. c. cum Ecclesia Vulterana. de electio. De  
 inferioribus verò sacerdotijs, Episcopi soli dis-  
 ponebant liberè, gloss. c. quamquam de electi. in  
 6. quos nec premere, nec grauare in beneficiorum  
 collatione, veteres Pontifices voluerunt. eccle-

siasticum ordinem confundi, rati cū sua vnicui  
 que Episcopo iurisdictio, & authoritas, non ser-  
 uatur. c. peruenit. ii. q. 3. Vnde nec beneficia cōfe-  
 rebāt, nec ius tribuebāt ad vacatura, tū ne Episco-  
 pis inferrēt iniuriā, Pan. c. olim in si. de V. S. tū ne  
 ad alterius mortē captandā, hoc prētextu ansam  
 p̄bere viderentur. c. 1. 2. 3. & c. post electionem de  
 concess. præben. Qua in sententia diutissimè per-  
 manserunt. Nam anno 1150. mandatorum vsū  
 prorsus incognitum fuisse, coniectura ducimur.  
 2 Quod in decreti libro ( quod circiter teum annū  
 à Gratiano monacho editum perhibetur ) gloss.  
 c. post appellationem. §. forma. 2. quæst. 6. nullæ si-  
 miles gratiæ legantur. Ioan. And. c. duobus. de re-  
 scr. in 6. Exrescente verò hominū cupiditate, Pō-  
 tif. Rom. ineundæ ( vt nonnulli putant ) Polid. de  
 inu. rer. li. 8. c. 2. rationis studiosi, qua rē angustā  
 domi iuarent, cōcedere † mandata cœperunt, ta-  
 3 xationes cōstituētes, p̄ quas & taxatis literis, & e-  
 stimatis sacerdotijs, quæ ipsi vacantia contulisse-  
 sent, aut promississent vacatura, certum caperetur  
 inde vectigal. Nos verò aliam rationem originis  
 4 mandatorum fuisse dicimus: cū enim † Epif-  
 copi, consanguineorum aut alio carnali affectu  
 obcæcati ( quo morbo vetere, graui, & periculo-  
 so, antistites nostri nondum leuati videntur ) gl.  
 c. peruenit. i. quæsti. 3. potestate conferendi bene-  
 ficia abuterentur, indignos idoneis præferentes,  
 c. graue de præbend. sacrifque ordinibus à se ini-  
 tiatos, iniuriosè repellentes, c. accepimus de æta.  
 & qualit. cœpit admonere Papa primū Episco-  
 pos, vt idoneos ecclesijs præficerent, c. cū ex eo  
 de electi. in 6. præsertim quos ad sacros ordines,  
 sine titulo promouissent. cap. 2. & cap. episcopus  
 de præbend. d. c. accepimus. Nonnunquam cer-  
 tam

tam personam exprimens, quam ob insignem vir-  
 tutem, singularem eruditionem, aut collatum a-  
 liquod in Romanam sedem meritū, hoc præmio  
 remunerare iustum putabat, cap. cū dilectus. de  
 cleri. non resi. l. iuris peritos in princi. ff. de admi.  
 tuto. Deinde si cunctabantur ordinarij, scribe-  
 bat eis summus Pontifex præcipiendo, vt designa-  
 tæ personæ conferrent, crescenteque episcopo-  
 rum peruicacia † exequutores deputabat, qui 5)  
 vel collatores cogere, & hi ad compellendum  
 dicti, c. si capitulo vbi gloss. de conces. præben. in  
 6. vel conferrent ipsi, & hi ad prouidendum ap-  
 pellati. c. abbatem. de rescrip. c. proposuit. de con-  
 ces. præben. d. c. si capitulo. Hocque colore man-  
 data de prouidendo quæ apud maiores, patresque  
 nostros non fuerunt, in ecclesiam Christianam  
 irrepisse mihi videntur. Panormi. c. postulasti. 3.  
 not. de rescrip. Inde tres † illæ literarum formu- 6  
 læ, in Pontificio iure frequentatæ, monitoriæ,  
 præceptoræ, & exequutoriæ. c. cōstitutus. c. ex in-  
 sinuatione. c. capitulum. c. mandatum. c. literis de  
 rescript. Ex quibus duæ primæ (præterquam cum  
 pro receptione monialis Papa scribit) Panormi.  
 d. c. ex insinuatione. ab aula recesserunt, solæque  
 sunt in vsu exequutoriæ. Panorm. d. c. constitutus.  
 & d. c. capitulum. quæ † literæ gratiæ dicuntur. c. 7)  
 tibi qui. de rescrip. c. si super gratia de offi. deleg.  
 c. si pluribus. & c. quamuis de præben. in 6. d. c. mā-  
 datum. quod ex mera Romani Pontificis gratia,  
 & liberalitate, procedant. Clem. gratiæ vbi gloss.  
 de rescrip. Panorm. c. sedes col. 2. eod. tit. Iustitiæ  
 † literæ tum appellatæ, cū pro pauperibus cle- 8  
 ricis ab Episcopo sine titulo ordinatis Papa re-  
 scribit, Lap. allega. 79. quod & æquum, & iustum  
 sit, sacris initiatum, & sine certo titulo clericum,  
 à suo



à suo Episcopo beneficium consequi, c. 2. & c. episcopus. de præben. eumque ut dicit Apostol. 2. ad Corinth. 9. Qui altari seruit, de altari viuere. Cum autem in ea constitutione, quæ incipit, cum secundum, ca. cum secundum de præben. hæc sententia relata sit, factum est, ut hæc literæ † in forma cum secundum, interdum appellentur, Panor. d. c. postulasti. nonnunquam verò in forma pauperum, propterea quòd eo modo pro pauperibus duntaxat clericis rescribatur. ca. si pauper. & c. si pro clericis. de præbend. in 6. Aliquando in forma communi, d. c. postulasti. & quandoque in forma speciali, Rot. 106. in nota. 463. in Ant. ut aulicis placet. Sanè ubi non in paupertate fundatae sunt literæ, sed ex mera concedentis gratia profectæ, sub conditione tamen, si impetrans id onus reuertus sit, Cle. vn. de offic. dele. Clemen. 1. de conces. præb. vocantur in forma, Dignum † arbitramur, Rot. 631. in Anto. cuius in Gallia nullum esse usum, moderni testantur. Rebuff. in for. mād. Apost. Quod si super beneficijs reseruatis, vel alia ratione ad curiam deuolutis, literæ dirigantur. Ordinarijs ut idoneis personis conferre possint, c. dudum. ca. quamuis. 2. de præben. in 6. Literæ † facultatis dicuntur. ca. cum aliquibus. de rescript. in 6. c. si cui de præben. eod. lib. Inter quas, & superiores, longa est differentia: hæ enim fauorabiles sunt, d. c. si cui. Anch. consil. 131. ut quæ ecclesiam non grauent, sed magis ad primarium ius Episcopum restituant. ca. ab exordio. 35. distinct. Quarum virtute ideo receptus, non apostolica, sed ordinarij autoritate, admissus intelligitur. d. c. cum aliquibus. Illæ verò ambitiosæ, & odiosæ sunt, c. quamuis. 1. de præben. in 6. ecclesiam admodum grauant. gloss. d. c. cum aliquib. Panor. c. olim.

c. olim in fin. de verb. signific. Ex quibus receptus  
 autoritate apostolica ascitus intelligitur. ca. hi  
 qui. in fin. de præben. in 6. Atque ideò data tempo  
 ris paritate, quia vtraque prouisio, eadem die fa-  
 cta reperiatur, & neutro possidente, Apostoli-  
 cus impetrans nominato per literas facultatis, si-  
 ne controuersia præferretur. c. si à sede eod. titu.  
 d. ca. hi qui. Licet vbi nominatio † per literas fa- 13  
 cultatis, à apostolicam prouisionem præcederet,  
 diuersum dici debeat. Ancha. confi. 215. Expediun-  
 tur † porrò nonnunquam literæ, in forma, Rati- 14  
oni congruit, à Papa successore, de beneficio im-  
 petrato à prædecessore, à quo sola signatura fue-  
 rat obtenta. Reg. Cancell. 8. Cùm enim sola Papæ  
 voluntas perficiat gratiam: Cald. c. quisquis de e-  
 lect. in 6. ideoque non expiret, morte Romani Põ  
 tific. ante bullarum, seu literarum expeditionem  
 contingente: Panorm. c. in nostra col. fi. de rescri.  
 rationi certè congruit, & honestati, vt successor  
 exequatur, quæ de gratia prædecessoris processer-  
 unt. l. cùm à matre. C. de rei vendic. Denique si  
 duo de beneficio contendant, existimetque ter-  
 tius, nullum ex his litigatoribus, ius habere in be-  
 neficio, à Papa impetrare potest, vt si † neutri ius 15  
 in eo quæsitum sit, sibi conferat. Quæ gratia ideo  
 si neutri, aut ( si tres fuerint litigatores ) Si nulli,  
 appellatur: nobis sanè vñtatissima. In qua cùm  
 noua prouisio sit, nouum tribuens titulum bene-  
 ficij qualitas, vacatiõis modus, & generaliter om-  
 nia exprimenda sunt, quæ Papam ad conceden-  
 dum, vel mouere, vel retardare possunt. Rot. 238.  
 in no. Felin. d. c. in nostra. num. 17. At verò hæ duæ  
 literarum formæ, Rationi congruit, & si neutri,  
 licet gratiæ sint, gloss. Clemē. gratiæ. de rescript.  
 Panorm. c. sedes, eod. tit. non tamen expectatiuæ  
 dici

dici possunt: cum de vacante beneficio concedan-  
 15 tur. Inter gratias autem ad vacatura, & ad vacan-  
 tia, plurimum interest. ca. si super gratia. de offic.  
 delegati. in 6. gloss. & Doct. c. eum qui. & c. si cui.  
 de præbend. eodem lib. Ne autem collatores or-  
 16 dinarij mandatis de prouidendo, nimium pre-  
 merentur, declararunt Roman. Pontifices, se nol-  
 17 le eandem Ecclesiam ꝑ pluribus mandatis graua-  
 re, c. mandatum. c. literis. & c. abbatem. de rescri.  
 Ideo solita inferi gratijs clausula. Si pro ꝑ alio i-  
 bidem non scripsimus. Quæ tamen si adiecta non  
 fit, exaudienda est. c. ex parte. i. de offic. deleg. d. c.  
 mandatum. in fin. Et effectum habet, licet plurali  
 numero Papa usus sit. Si pro alijs & c. Et pro vno  
 tantum eum antea scripsisse constet. Gemin. cap.  
 quamuis. i. de præben. in 6. Cùm utrobique sit ea-  
 dem ratio, ca. prudentiam. §. adijcimus. vbi Deci.  
 18 de offic. deleg. ne videlicet duobus mandatis Ec-  
 clesia prægrauetur. Et numerus ꝑ pluralis, si non  
 subsit rationis diuersitas, in singularem resolu-  
 tur. l. Publica. §. fin. ff. de condit. & demonstr. Ergo  
 vim suam perdit hæc clausula, si primus impe-  
 trans, ( citra beneficij assequutionem ) gratia sua  
 exclusus fuit per adeptionem puta secundi incõ-  
 patibilis, Cle. gratiæ. de rescrip. renuntiationem  
 mandati, c. ad audientiam. 2. de rescript. aut eiuf-  
 dem factam, à concedente reuocationem. c. quam-  
 19 pis. eod. titu. in 6. Cùm cesser ratio. Neque enim  
 per primam gratiam ecclesia grauata fuit, & ver-  
 ba cum effectum accipienda sunt. l. i. §. hæc autem.  
 ff. quod quisque iur. ca. relatum. de cler. non resi.  
 Quocirca ꝑ in Gallia crediderim, aduersus colla-  
 torem ordinarium habentem collationem quin-  
 quaginta beneficiorum, & ultra, qui ex Cõcorda-  
 ti lege duobus tantum mandatis grauari potest,  
 §. i. de

§.1. de manda. Apосто. in concord. tertiam t grati- 20  
 am effectum habere, si primæ vires euauerint.  
 Reb. d. §.1. Cum priores dici non possint, c. factus.  
 7. q. 1. gl. c. cum nostris. de conces. præb. nec impe-  
 dimentum præstare debeant, quæ viribus carue-  
 runt. l. si dari. ff. de verb. obli. c. non præstat. de re.  
 iur. in 6. Adijci quoque solet mandatis, clausula  
 t optionis. Conferas, quod duxerit acceptandum. 21  
 c. 1. de conces. præb. in 6. Quæ efficit, vt mandata-  
 rius t ex pluribus beneficijs, simul vacatibus pin- 22  
 guius eligeret, c. si plurib. de præb. in 6. & qui pri-  
 mum beneficium, (citra fraudem vacans.) c. 2. de  
 renun. eo. li. quantumuis exiguum, alioqui acce-  
 ptare tenebatur, c. si clericus. & c. mand. de præb.  
 in 6. non sibi præiudicet, quin omisso primo se-  
 cundum acceptare possit. Rot. 37. in Ant. Nisi clau-  
 sula, certi temporis determinationem habeat.  
 Veluti, conferas beneficium quod intra men-  
 sem, à vacationis notitia, duxerit acceptandum.  
 Quo casu, quia ad tempus permissum, post tem-  
 pus prohibitum intelligitur: l. si ita quis. ff. de vulg.  
 post mensem beneficium adhuc licet vacans, non  
 poterit optare. gloss. Cle. vn. de conces. præ. Rot.  
 192. in Ant. Si tamé acceptationi, & potestati exe-  
 cutoris, vt in specie proposita tempus adijciatur.  
 d. Cle. vn. Secus si inhibitioni, & decreto, glos. d.  
 Cle. vni. veluti quia mādetur prouideri Titio, de  
 beneficio, quod duxerit acceptandum, inhibendo,  
 ne intra mensem postquam de vacatione ei cōsti-  
 terit, aliquis de illo, quacunq; autoritate dispo-  
 nere præsumat. Gemini. c. tibi qui. col. 2. de rescri.  
 in 6. gl. d. Cle. vnic. Et ita inspicere diligēter t oportet 23  
 rescriptorum verba. c. porrò. de priuileg. In  
 dubio tamen, si constet de acceptatione, præsu-  
 metur intra mensem facta. Rot. 94. in Ant. Est &  
 t clau-

- 24 † clausula Decreti irritantis, mandatis adijci solita. Cuius tanta est vis, & potestas, vt inserta literis à Papa, d. c. tibi qui. aut ab eius exequutore, ca. 1. §. ex parte. & c. si soli. ad fin. de concess. præb. in 6. beneficium afficiat, d. c. tibi qui. & d. c. i. ligerq; collatorem, etiam ignorantem. c. dudum. & c. penult. de præb. in 6. c. si eo tempore. de elect. eo. lib. Nec tantum inferiorem, d. c. si eo tempore. sed etiam Papam ipsum, & eius exequutores, si non aliud exprimatur. c. penul. vbi Gemi. in fin. de præben. in 6. d. Cle. vni. de concess. præben. quantum tamen ad rem ipsam, hoc est beneficium, vt in contrarium facta eius collatio non teneat, non item quantum ad poenam, gloss. Clem. nolentes. de concess. præben. qua contemntes exequi mandatum affliguntur: c. prudentiam. §. adijcimus. de offic. deleg. c. dilect. 2. de præb. in 6. de qua alij, Reb. tracta. no. quaest. 19. alibi copiosè tractant. Cum poenæ † aduersus scientes duntaxat paratæ sint, l. fin. ff. de decret. nec obstat, quòd annullatio † actus, poena dicatur. l. senatus. ff. de contrahen. emp. c. si religiosus. de electi. in 6. hoc enim larga quadam appellatione recipitur. Innoc. c. si vero. de sent. excommu. Propriè autem, irritatio actus non est poena, l. eius, qui. ff. de iur. fisci. quæ tunc significatè dicitur, cum corporalis, vel pecuniaria imponitur. Felin. c. 2. de constit. Innocen. d. c. si verò.
- 25
- 26
- 27 Vsitata est præterea mandatis, clausula † Anteferrì, qua prærogatiuam consequitur impetrans, vt contra naturam literarum, ad beneficia, c. capitulum de rescript. c. eum cui. de præben. in 6. & d. c. tibi qui. prioribus in data, qui tamen non acceptauerunt, Rot. 640. in Ant. quibusque à Papa, canonicatus collatus non est, c. si clericus. §. verum. de præben. in 6. Felin. d. c. capitulum. col. 7. præferatur,

ratur, c. quamuis. de rescrip. in 6. d. c. pen. non qui-  
dem expectantibus autoritate concedentis sed  
prædecessorum. c. autoritate de conces. præb. in  
6. Et ita aduersus imprudentiam Celestini † Papæ 28  
curiæ Romanæ vsus recepit, vt eiusmodi clausu-  
lam, contra expectantes autoritate prædecesso-  
rum, non propria Papa concedat. Geminia. d. ca.  
penul. i. quæst. de præb. in 6. De qua scriptores ali-  
bi plenissimè dicunt. Feli. d. c. capitulum. Cardi.  
consil. 137. Solet denique inseri mandatis clausu-  
la † Motu proprio, omnem habens virtutem, & 29  
effectum, Clem. si Romanus. vbi Card. 3. quæst. de  
præbend. plenissimamque interpretationem re-  
cipiens. c. si pluri. eod. tit. in 6. Respectu tamen eo-  
rum, quæ in iure expressa leguntur, Veluti: vt im-  
petrantem à surreptione excuset. ca. si motu pro-  
prio. eod. titul. Nam contra ius commune, gloss.  
Clemè. per literas de præbend. aut præter, hoc est  
respectu eorum, quæ lege expressa non sunt, Pa- 30  
norm. ca. quia circa de consang. & affi. clausula †  
motus proprii nihil operatur. Vnde nec tollit  
ius tertij, Panormit. & alij. c. causam, quæ. 2. de te-  
stib. cui quantumuis modico princeps præiudi-  
care velle nõ præsumitur. c. quamuis de rescrip.  
in 6. gloss. c. cum olim de consuetu. Nec incapaci-  
tatis dispensationem inducit, gloss. dic. Clem. si  
Rom. Cùm Papa dispensare non credatur, nisi id  
exprimat nominatim. c. non potest de præben. in  
6. Sed nec † motus proprius inferioris à Romano 31  
Pontifice surreptionem aufert. Archi. & cæteri.  
d. c. si motu proprio. Etiam legati à latere, gloss.  
§. item quod vniuersitates de colla. in pragm. (ta-  
met si nouissimi contrà.) Rebuff. in for. mand. 29.  
effectu. Cū iura vbiq; de motu proprio Papæ lo-  
quatur, d. c. si motu. d. Cle. si Ro. atq; ita reliquos

tacendo excludant. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nõ-  
 ne. de præf. Et generaliter traditum fit, taciturni-  
 tatem obtenti beneficij, legati collationem vitia  
 re, c. si. de offi. leg. in 6. Cle. fin. de off. ord. legatiq;  
 potestas fit extraordinaria, ordinarijs grauitè  
 præiudicans, vnde restringenda, gl. d. Cle. si. Pan.  
 c. si quis contra. 2. not. de foro compe. ad hãc clau-  
 32 sulam. Postremò † notandum, motum proprium,  
 literis non expressum, non præsumi, d. c. si motu.  
 sed magis credendum, ad partis postulationem,  
 literas emanasse. l. i. de petit. bo. sub l. lib. 10. C. nisi  
 geminata sint, §. & hoc verò iubemus vt nul. iud.  
 col. 9. aut impetrantis benemerita præcesserint. l.  
 si verò. §. idem Papi. ff. mand. alijsque certis casu-  
 bus, quos alibi Docto. plena manu concesserunt.  
 Alexand. Iaf. Deci. l. 3. ff. quod quisque iur. Et hæ  
 # sunt præcipuæ rescriptorum Clausulæ, quæ vt &  
 aliæ infinitæ, pro aulicorum captu, & industria  
 excogitata, varias mādatis dederunt formas. Ge-  
 mi. c. si soli. de concess. præb. in 6. Neque enim cer-  
 tam lex præscripserat, Ancha. Cle. i. eod. tit. inde  
 autem cum lites passim oborirentur, & iurgia im-  
 placabilia: exoratus † Leo Papa à Francisco Gal-  
 33 liarum Rege, vt obuiam litibus iretur, §. i. de mād-  
 da. Apost. in concor. Gallis certam mandati for-  
 mam concessit. For. mand. Apost. in concor. Quæ  
 34 an substantialis † sit, vt ab eius verbis nullatenus  
 discedi possit, an verò exēplaris, diu, anxieque,  
 quæsitum est. Aded quidem, vt principes cōsulti,  
 diuersa responderint: Clemens enim Pontifex  
 VII. Anno 3. Pontificatus. 6. iduum Ianuarij ex-  
 emplarem, Franciscus verò Rex Galliarum, hanc  
 declarationem factam vigesimo nono Martij.  
 1527. substantialem, & necessariam esse voluit.  
 35 Quo iure nos vtimur. Neque enim † mandatum,  
 clau-

clausulas in mandati forma non expressas, vt optionis, anteferri, & Decreti, irritantis, cōtinens, in Gallia recipitur. Ord. Lud. 12. artic. 7. in posterioribus. Idemque si aliud non præscriptum cōprehenderet, veluti, quia crearet canonicum, sub expectatione præbendæ: cūm ex iam dicta forma, de canonicatu & præbenda, aut de alio beneficio vacaturo, mandetur duntaxat prouideri, nec canonicatus simpliciter conferatur, sed tantūm ad effectum obtinendi dignitatem. d. forma mandati. Aut si particulare esset mandatum, ad dignitates puta, præbendas, beneficia curata, aut aliam certam speciem beneficiorum. Mandatum † enim generale, ad omnia beneficia, communes Regis & Pōtificis pactiones esse voluerūt: d. forma mādati. vt captandæ mortis votum tollatur. Declaratio regis hac ratione vtitur. Quod magis induci constat, ex expressa, & particulari beneficiorū distinctione: cūm vnum vel minimum beneficium, citra fraudem, cap. 2. de renun. in 6. primò vacans, mandatario debitum, gratiam extinguat. c. si clericus. & c. mandato. de præben. in 6. Nec prædictis obest Clemen. VII. declaratio, cūm enim formam hanc dederint communia Regis & Pontificis pacta. d. forma mand. Principesque contractu obligati sint. c. 2. de probatio. Non potuit Pōtifex sine Rege, à forma data recedere: l. ab emptione. ff. de pact. l. 6. C. quand. lic. ab empt. nec contractum Leonis prædecessoris legitimum reuocare. c. fin. ne prælat. vices suas. & d. c. 1. Quæ verò in † mandatis exprimi oporteat, ne gratia surreptitia reddatur, Doctor. alibi fusissimè tractant, Felin. c. in nostra. de rescrip. Rebuff. in for. mand. vers. glo. pro expressis. nos illud generale non o-

36

37

AB

K 2

tinentur.



tinentur. Exprimenda non tantum ea esse, que Ro-  
 manum Pontificem ad concedendum retardare  
 possunt, c. postulasti. de rescrip. aut difficiliorem  
 reddere. Sed etiam quæcunque lege nominatim  
 cauentur. Tamen si eorum expressione non valde  
 concedens moueatur. Gemin. c. dudum. colum.  
 penult. de præben. in 6. vt beneficium minimum,  
 c. si proponente. de rescript. c. si motu. de præben.  
 38 in 6. nisi probabilis t̄ ignorantia impetrantē ex-  
 cuset, c. gratia. vbi Doct. de rescript. in 6. ne alio-  
 qui detur prætextus ordinario, modicum benefi-  
 cium absenti conferendo, mandati vim, & Papæ  
 collationem impedire. Panormi. Felin. & alij. ca.  
 super literis. de rescri. Nec obstat, quod ignoran-  
 tia numeri canonicorum, non iuuat impetrantē:  
 c. constitutus. eod. tit. hoc enim ideo, Quia præiu-  
 dicium tertio, nempe canonicis irrogaretur. Do-  
 cto. d. c. super literis. Quoniam autem ius ipsum  
 non præscripsit qualitates, quibus morosior, &  
 difficilior princeps reddi potest recurrendum  
 39 docet Lopus alleg. 89. ad t̄ coniecturas, quæ vel  
 ex principis consuetudine, l. vel vniuersorum. ff.  
 de pign. act. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. i.  
 (an aliàs scilicet, non idem concedere voluerit,  
 aut concesserit, sed difficulter) vel ex curiæ Ro-  
 manæ stylo, Felin. d. ca. super literis. Lap. d. alleg.  
 89. quem ius facere receptum est, ca. ex literis. de  
 consti. c. literis. de iur. cal. cap. quam graui. de cri.  
 fals. desumendæ sunt. aut cui à Papa canonicatus  
 40 collatus est. Impetratum porrò t̄ mandatum, nul-  
 lum ius spirituale tribuit impetranti, gloss. ca. ad  
 audientiam. 2. de rescript. nec in re, nec ad rem,  
 gloss. §. volens itaque. de collat. in pragm. nisi in  
 canonicum recepto. c. penult. de præben. in 6. c. fi.  
 de concess. præben. eod. libr. Sed acquirit dunta-  
 xat

xat potestatem implorandi officium executoris,  
 vt occurrente beneficij vacatione prouideat, ca.  
 postquam. de præb. eod. lib. aut faciat per ordina-  
 rium prouideri. gl. c. veniens. de renun. Falluntur  
 itaq; qui per mandatum, ius ad rem quæri putant,  
 Rebuff. in for. mād. gl. pro expressis. grauiusque,  
 cum talem vim nominationibus tribuunt. Reb.  
 tract. not. q. 4. Quod nos pluribus, suo loco osten-  
 dimus. Vnde auidus lector, quod etiam ad hanc rē  
 pertinet, se poterit explere. Mandatum præterea  
 non afficit beneficium, nec impedit, quominus fa-  
 cta ab ordinario, alteri quam impetranti colla-  
 tio valeat. c. dilectus. 3. de præben. Licet collator  
 Rom. Pōtifi. authoritatem spernens, grauiſſimis  
 pœnis sit mulctandus, c. prudētiam. §. adijcimus.  
 de offi. deleg. c. si soli. de concess. præben. in 6. quas  
 recentiores, Rebuff. tracta. not. quæsti. 10. accuratè  
 prosequuntur. Nisi præcedat inhibitio execu-  
 toris, c. si soli. de concess. præben. in 6. aut insinuatio  
 executoris dati ad prouidendum. ca. 1. §. ex parte;  
 eod. tit. Multo magis igitur collatoris manus li-  
 garentur, si Papa recta & expressim, ordinario  
 mandaret, ne alteri conferret beneficium, Panor.  
 d. c. dilectus. in fin. Si enim facta aduersus execu-  
 toris mandatum collatio nulla est: dict. ca. si soli.  
 multò magis contra ipsius Papæ præceptum, Au-  
 then. multo magis. C. de epis. & cler. & vt gesta cō-  
 tra legem scriptam, nullius momenti sunt, l. non  
 dubium. C. de leg. ita cōtra præceptum principis  
 qui lex animata est in terris, c. si. de consul. coll. 4.  
 Cuiusq; † placita legis vigorem habent, l. i. ff. de 4<sup>r</sup>  
 consti. prin. rurſus afficeretur dubio procul bene-  
 ficium, si inserta esset mandato clausula Decreti.  
 c. tibi qui. de rescrip. in 6. d. c. 1. §. ex parte. & d. c. si  
 soli. Aut impetrans sub expectatione præbende,

in canonicum iam receptus esset, ca. dudum. & d. c. si postquam, de præb. in 6. d. c. si soli. in si. vel etiam mandatum ei dirigeretur, qui conferendi beneficia (nisi in vim huius gratiæ) potestatem non haberet: Panormi. d. c. dilectus. tumque, quia formam, & tenorem mandati, (cuius fines diligenter custodiendi sunt) l. diligenter. ff. manda. collator negligere, excedere ve non potest. c. cum dilecta.

42 de rescript. c. venerabili. de offic. deleg. Porro t̄ autem concurrentibus pluribus mādatorijs, eius causa præualet, qui primò impetrauit, c. eum cui. & c. quia sæpe. de præb. in 6. c. tibi qui. & c. duob. de rescript. eod. libr. respectu etiam vnius momēti vel horæ, si de eo constet. gl. d. c. duob. Et quamuis t̄ impetrans secundus primò præsentauerit,

43 priusquam in canonicum fuerit receptus, d. c. tibi qui. d. ca. eum cui. vt vera sit regula, Qui prior est tempore, potior est iure. c. qui prior. de regul. iu. in 6. Nā etiam ratione horæ actus altero prior esse dicitur. Accurs. l. si ex plurib. §. fin. ff. de solu. Sunt fateor certi casus, quibus impetrans secundus præfertur primo. Veluti si causulam Anteferri, de qua supra satis multa diximus, literæ suæ cōtineant. c. quamuis. de rescript. in 6. c. pen. de præben. eod. libr. Aut ex t̄ persona tertij impetrantis,

44 secundus hoc ius prælationis nactus sit. c. pen. de conces. præb. in 6. Vel etiam, si primus ratione ordinis beneficio annexi sit incapax: quia præbēda sacerdotalis vacat, nec in ea ætate primus existit, qua possit ad sacerdotiū promoueri. ca. ei cui. de præb. in 6. Idemq; si collato à Romano Pontifice, duobus canonicatu, primus ad præbendam, secundus ad præbendam & dignitatem personatū, vel officium mandatum habeat, & præbēdam vacare contingat dignitati, personatui, vel officio anne-

xam, d. c. quia sæpe. vt ratione vnionis consequatur, quod principaliter non posset obtinere. cap. super eo. de præben. in 6. Denique si primo impetranti † notabilis negligentia imputari possit, 45  
 præfertur secundus: ca. si clericus. de præbend. in 6. d. c. tibi qui. in fin. Et licet certos casus scriptores designent, quibus primus negligens dici potest, Felin. c. capitulum. colum. 3. de rescript. magis tamen puto id omne, iudicis arbitrio dirimendum. l. i. ff. de iur. deliber. Cardin. Clem. vni. §. fin. 3. quest. de concess. præb. Sed videndum, quæ 46 NN  
 † beneficia sub mandatis de prouidendo, includantur: & constat omnia, quæ nominatim excepta nõ reperiuntur, comprehendi. c. mandatũ. de rescri. Doct. c. dilect. 2. de præb. Cũ gratiæ dentur ad beneficia: & beneficij verbo omnia contineantur. c. 2. de præben. in 6. gloss. c. 1. de regu. iur. eod. libr. Exceptit autem cum primis lex dignitates electiuas, c. cum in illis, §. 1. de præbend. in 6. rursus beneficia patronata laicorum. c. cum dilectus. de iure patr. Cũ non præsumatur Roman. Ponti. iuri patroni laici derogare velle: Lap. alleg. 96. Qd pluribus Felinus comprobatur tractat. quando lit. Apосто. Idque ne laici à fundatioue ecclesiarum retrahantur. c. decernimus. 16. q. 7. gl. d. c. cum dilectus. Nec dissimili † ratione dici potest, excepta 47  
 quoque beneficia, creata post datam literarũ, Clem. si. de rescrip. ne Christiani videlicet à beneficiorum fundatioue reuocentur: si intelligant ea simulatque creata sunt, impetrantibus deberi. gl. d. Cle. si. Demum non continentur † suppressa 48  
 aut de ecclesia legitimè sublata, c. cũ accessissent. de cõst. cũ morte non vacent, vt suo loco probatũ est. Eademque ratione, nec quæ de mēsa prælati existunt, Cle. vn. §. quædam etiam, de excess. præl. Aut  
 K 4 præ.

præbendæ ecclesiæ non numeratæ, in quibus si-  
 militer non cadit vacatio. c. dilecto. de præbend.  
 49 c. ex parte. de concess. præben. Deinde non ¶ com-  
 prehenduntur Monocula, gloss. Clemen. 1. de præ-  
 bend. Rot. 216. in nota. hoc est ad prouisionem eo-  
 rum spectantia, qui vnus tantum beneficij colla-  
 tionem habent. Rot. 261. in Ant. Mandat enim Pa-  
 50 pa, de beneficio aliquo prouideri: relatiuum tau-  
 tem, aliquo, rerum pluralitatem supponit. glo. d.  
 51 Cle. 1. Prætereà non includuntur ¶ regularia, sub  
 mandato secularis, aut secularia, sub mandato re-  
 gularis. §. volumus de manda. Apost. in concord.  
 Quando vt sæpe dixi, regularia regularibus, & se-  
 cularia, secularibus, cõferri oporteat. c. super eo.  
 de regul. c. cum de beneficio de præb. in 6. non ite  
 vacantia in curia, c. 2. in fi. de præb. in 6. aut ex cau-  
 sa permutationis, cùm ea solis permutantibus de-  
 beatur. c. vn. de re. permut. in 6. sed nec continet-  
 tur in Gallia, quæ vacant per simplicem resignati-  
 onem, §. item quod omnia de colla. in prag. §. vo-  
 lumus, eo. tit. in concor. aut alio modo, quàm per  
 mortem naturalem, Rebuf. q. 15. tract. not. licet de  
 iure contra. c. 2. de renun. in 6. c. dudum de præb.  
 eo. lib. Denique beneficia ex consuetudine eccle-  
 siæ, per antiquiorè canonicum optata, c. fi. de con-  
 sue. in 6. deuoluta ad capitulum, per Episcopi ne-  
 gligentiam, Cle. si de beneficio. de præb. paterna-  
 que beneficia, ne in sacerdotijs successio induci  
 videatur. cap. 2. & c. ex transmissa. de fil. presbyt.  
 mandatis non includuntur. Postremò tractan-  
 dum, quando ¶ mandata finiuntur, & expirent?  
 Et constat imprimis, reuocatione concedentis, c.  
 quamuis. de rescript. in 6. aut successoris, cap. si is  
 & c. penultim. de præbend. in 6. ca. fin. de concess.  
 præbend. eod. libr. gratiam extingui. Solent au-  
 tem

NB

52

rem † Roma. pontifices, in crastinum suæ promo- 53  
tionis, omnes gratias expectatiuas, à prædecesso  
re concessas reuocare. dict. cap. fin. vbi Doct. So-  
la verò † concedentis morte non reuocantur. Vbi 54  
diriguntur (vt fieri solet) executoribus. capit. si  
super gratia, de offic. deleg. in 6. cap. si cui nulla,  
de præbend. eod. lib. Licet secus, si collatoribus  
tantum. Bald. l. mandatum, 4. oppos. C. mandat.  
Sed nec hoc casu, in regno verum est, mandata  
morte expirare, cum per vim contractus sub præ-  
scripta forma concedantur. Form. mand. Apost.  
in concord. Quod cum effectu accipiendum est,  
l. i. §. fin. ff. quod quisque iur. gloss. §. i. de mand.  
Apost. id concord. idque præsertim obtinere de-  
bet, vbi ad aliquem actum processum est, tenden-  
tem ad effectum mandati. gloss. §. item voluit, de  
collat. in prag. Veluti, si collatus sit canonicatus,  
aut † fulminatus (vt dicunt) processus, per osten 55  
sionem & præsentationem Bullæ executori. Ge-  
min. cap. si cui nulla, de præbend. in 6. Rursus ex-  
tinguitur mandatum, si mandatarius gratiæ re-  
nuntiet. cap. ad audientiam, 2. de rescript. ca. sanè,  
ca. veniens, de accusat. Licet enim vnicuique ex  
antiqui iuris regula, his quæ pro se introducta  
sunt renuntiare. l. si iudex, ff. de minor. l. penult.  
C. de pact. Et cum leges in † renuntiatione bene- 56  
ficij, superioris auctoritatem desiderant, ca. ad-  
monet, ca. fin. de renunt. cap. denique, 6. qu. 3. de  
beneficio possessio, aut saltem acceptato, non etiã  
de obtinendo loquuntur. dict. ca. ad audientiam.  
Illo quippe casu obligatus est clericus beneficio,  
ca. nisi, §. verum de renunt. vndè se tali vinculo  
soluere, nisi de consensu superioris, nequit. l. le-  
gatus, ff. de offi. præfect. cap. non oportet, 7. qu. 1.  
Per literas verò ad beneficia, nullum ius impe-

tranti tribuitur. gloss. ca. veniens, de renunt. Vnde superioris (cuius nihil interesse potest) auctoritas, necessaria non est. d. c. ad audientiam. sanè non tantum expresse, sed etiam tacite, mandato quis renunciare potest, Clem. gratia, de rescr. veluti per contractum matrimonij, ca. i. c. diuersis, de cleric. coniug. aut alium actum clericatus professioni repugnantem, cap. ex transmissa, de renuntiat. cap. cum renuntiat, 32. qu. 1. per affectionem pacificæ possessionis beneficij incompatibilis, cum impetrato. c. de multa, de præben. & d. Clem. gratia. Pacificamque possessionem habuisse videtur, per quem stetit quominus haberet. ca. commissa, de elect. in 6. c. licet Episcop. de præb. eod. lib. Id autem cum in gratia ad dignitatem, beneficium curatum, aut aliam certam beneficiorum speciem recipi necessario debeat: gloss. §. quod si quis, 2. de collat. in prag. quando in mandato generali, ad quæcunque beneficia, simplicis beneficij, cum alio incompatibilis vacatio occurrere possit: consequens est, apud Gallos, qui generales duntaxat ex concordati lege, forma mand. Apost. in concor. gratias admittunt: Clementis constitutioni, d. Clem. gratia. locum non esse. Deinde si mandatarius beneficium primo loco vacans non acceptet, gratia expirat. ca. si clericus, de præb. Nisi in fraudem impetrantis contingeret vacatio, quia tenui beneficio renunciatum sit, ne pingue & opulentum moribundi sacerdotium, impetrans consequatur, cap. 2. de renunt. eod. libr. Tumque ne hoc calliditatis cōmento, principis liberalitas eludatur. l. filia, ff. solut. mat. l. 7. C. de repud. Similiter nec beneficium ab alio occupatum, aut litigiosum, impetrans acceptare tenetur; Rot. 608. in Ant. nec

nec inculpandus est, qui se litibus noluit implicare. I. quia poterat, ff. ad Treb. Et hæc ad mandatorum introductionem dicta sufficiant, quæ sic tradita putamus, ut horum vestigijs reliqua, quantumuis recondita venari liceat.

De iure patronatus. Cap. VI

SUMMARIA.

- 1 Patronus quis.
- 2 Ius patronatus.
- 3 Iuris patronatus acquisitio.
- 4 Ius patronatus quid.
- 5 Ius patronatus spiritali annexum.
- 6 Laicus cur tenet ius patronatus.
- 7 Patronus ab ecclesia alendus.
- 8 Patronus laicus & ecclesiasticus.
- 9 Tempus ad presentandum.
- 10 Variare quando possit patronus.
- 11 Modi querendi ius patronatus.
- 12 Fundare quid.
- 13 Acquisitio iuris patronatus.
- 14 Patroni plures eodem iure fruuntur.
- 15 Mulier querit ius patronatus.
- 16 Vxor an preferatur marito in presentando.
- 17 Tutor non preferitur pupillo in presentando.
- 18 Presentatio non fit de absente.
- 19 Pater an filium presentet.
- 20 Pater & filius, vna persona.
- 21 Patria potest as quando non spectetur.
- 22 Collatio fructus.
- 23 Electio fructus.

24 Pre-



- 24 *Præsentatio fructus.*
- 25 *Institutio spreto patrono nulla.*
- 26 *Consensus an sufficiat ex postfacto.*
- 27 *Taciturnitas quando habeatur pro consensu.*
- 28 *Scientia & patientia, quando pro consensu.*
- 29 *Permutationi sine patrono, an Episc. authoretur.*
- 30 *Negligentia patroni.*
- 31 *Præsentatio indigni.*
- 32 *Patronatui laico Papa an deroget.*
- 33 *Legatus an deroget patrono laico.*
- 34 *Papa non præsumitur laicis derogare.*
- 35 *Peroratio.*

**E**Xtremum est, ut de iure patronatus dicamus: non quidem libertorum, quod quidem manumissione seruorum, domini sibi querunt, cap. liberti, ca. octaua, 12. qu. 2. & tot. tit. ff. de iur. patron. sed de eo iure quod habent patroni, (sic in iure Pontificio dicuntur, t̄ qui alicuius ecclesiæ extruendæ, aut alterius cuiuscunque fundationis ecclesiasticæ authores fuerunt) præsentandi t̄ videlicet, & offerendi clericum quem ecclesiæ vacanti præesse, & in eam collatis redditibus frui velit. Acquirunt t̄ autem hoc ius, qui de Episcopi consensu, vel fundant ecclesiam, hoc est, locum in quo templum extruatur assignant, ca. 3. c. nobis, de iur. patron. vel ecclesiam ædificant, cap. monasterium, 16. qu. 7. d. cap. nobis, vel etiam constructas ecclesias ante consecrationem dotant, ca. cum abbatem, 18. qu. 2. cap. piæ mentis, & c. filijs, 16. qu. 7. Ut non valde sit obscurum, ius patronatus quo de agimus finire. Ius esse t̄ præsentandi clericum ad ecclesiam vacantem, ex gratia ei concessum, qui consentiente Episcopo, vel

funda-

fundauit, vel construxit, vel dotauit ecclesiam.  
 d. cap. piæ mentis. Dico imprimis ius esse, non  
 quidem merè spirituale, cū à laicis possideatur,  
 cap. querelam, de elect. in hæredesque transeat.  
 ca. i. de iur. patr. ca. filijs, 16. qu. 7. Et spiritualia  
 nec à laicis tractarentur, ca. decernimus, de iud.  
 cap. causam, de præscrip. nec in eos successione  
 consanguinitatisve iure descendant, ca. i. de præb.  
 sed tēporale potius spirituali tamen causæ con- 5  
 iunctū annexumq; c. quanto, de iud. c. de iure, de  
 iur. patro. Vndè nec nisi cum vniuersitate, cap. ex  
 literis, c. cum seculum, de iur. patr. vendi potest.  
 ca. nemini. 16. qu. 7. & d. c. de iure. alioqui contra-  
 heretur simonia, c. querelam, de simon. quæ non  
 tantū inducitur, si pactioes super spiritualibus  
 fiant: sed etiam si super annexis. ca. quæsitum, de  
 rerum permutat. Vt annexorum eadem sit ratio,  
 idemque iudicium. l. cum actum, ff. de neg. gest. 3  
 ca. translato, de constit. Dicitur autem ius patro-  
 natus ideo annexum spirituali: d. c. quanto, dict.  
 ca. de iure. quia propter ecclesiam producit, &  
 ad eius institutionem, vsumq; sacrum ordinatur.  
 Panor. cap. consulere, de simo. & in d. ca. quanto.  
 Quoniam t̄ autem spiritualibus annexa, spiritua 6  
 lium naturam redolent: l. quæ religiosis, ff. de re.  
 vend. dict. ca. quæsitum. laicus iuris cuiuscunque  
 spiritualis prorsus incapax, d. cap. decernimus,  
 d. c. causam, non potest summo iure possidere ius  
 patronatus. Panor. ca. i. de præb. Cæterum grati-  
 osè laicis quoque id lex concessit, c. quod autem,  
 vbi Panor. de iur. patr. tum vt cæteri ad ecclesia-  
 rum constructionem inuitentur, gloss. ca. nobis,  
 & c. cum dilectus, eod. tit. tum ne illis beneficiū  
 perijisse videretur, qui in sacrum vsum aliquid  
 contulissent. ca. cum in officijs, de testam. cap. ita  
 nos

- nos in fine, 25. quæst. 2. vnde vt perpetua quædam memoria & gratitudo, extet, habent & hoc prærogatiuæ, foundationum ecclesiasticarum auctores, vt si fortè premantur inopia ipsi, vel eorum
- 7 filij, ex redditibus ꝑ ecclesiæ ali debeant, ca. quicunque. 16. qu. 7. moderatè tamen, d. ca. nobis, de iure patron. vt non tam videlicet qualitatis personæ facultatumque habeatur ratio, l. sed & si quid, §. 1. ff. de vsufr. quàm ecclesiæ. Vt ministris qui deseruiunt, aliquid supersit. ca. fin. ad fin. 25. qu. 2. gloss. d. ca. quicunque. Vicissim tamen, hoc oneris incumbit patronis, eorumque liberis, vt solerter animaduertant, ne res suæ foundationis dilapidentur. cap. filijs, 16. qu. 7. Neque verò putandū, solos laicos iuris patronatus capaces esse: quandoquidem ecclesiasticæ personæ, id quoque iuris habere possunt. ca. cum autem, & ca. illud,
- 8 de iur. patron. Quæ si ratione ꝑ proprii patrimonij illud nactæ fuerint, patronis laicis nihilominus annumerantur, cap. cum dilectus, vbi Panor. eod. tit. nam patroni ecclesiastici, ij tantū dici debent, qui ratione ecclesiæ quam tenent, eo iure fruuntur, Panorm. cap. eam te, in fi. illo tit. inter quos & laicos patronos discriminis plurimū lex Pontificia constituit: nam sicut collator ad conferendum sex menses habet: c. 2. de concess. præb. ita ecclesia ꝑ ad præsentandum, cum tamen laicus quadrimestre tantum habeat: ca. vn. §. verum, de iur. patron. huic verò minus tempus indulgetur, quia licet indignum præsentet, non tamen priuatur potestate præsentandi, ca. cum vos, vbi gloss.
- 9 de offi. ord. præterea ꝑ variare potest ante institutionem Episcopi, alium præsentando, cap. quod autem, ca. cum autem pastoralis, & ca. fin. de iur. patrona. non vt à primo prorsus recedat, sed vt poste-

posteriore, priori accumulato, magis idoneum  
 Episcopus eligere possit. ca. cum autem, vbi Pa-  
 nor. eod. tit. Ioan. And. ca. in re communi, de reg.  
 iur. in 6. Cùm tamen ecclesiasticum patronum,  
 iudicio maiore ac solidiore esse oporteat. Clem.  
 cum illuso, de renuntiat. Indignum siquidem  
 presentans, presentandi pro ea vice potestatem  
 amittit, c. cum in cunctis, §. si. de elect. gloss. d. c.  
 cum vos. nec variare potest secundum, licet ac-  
 cumulatiuè presentando, glo. d. c. cum vos, Card.  
 Clem. vn. 13. qu. de rerum permut. Vndè fit quæ-  
 dam sicuti pontificij dicunt compensatio, vt one-  
 rati in tempore laici in cæteris subleuentur, con-  
 traque subleuati in tempore clerici in cæteris o-  
 nerentur. l. eum qui, ff. de iure iur. gloss. d. c. cum  
 vos. Acquirunt t̄ autem hoc ius patronatus tam 11  
 laici, quam clerici tribus modis potissimū. Fun-  
 datione videlicet, extruptione & dotatione. glo.  
 ca. pie mentis, 16. qu. 7. Non quidem vt putandum  
 sit, vno ex his tantum quæri ius istiusmodi, nisi &  
 alij intercedant. Panor. conf. 106. col. 2. volum. 2.  
 Fundare ecclesiam t̄ propriè dicitur qui fundum 12  
 assignat, in quo de Episcopi voluntate, §. 1. de  
 monach. col. 1. §. 1. vt null. fab. orat. do. col. 5. tem-  
 plum extruatur. cap. nobis, de iur. patro. ca. Ab-  
 batem, 2. 18. qu. 2. Quamuis & vulgo fundatores  
 ecclesiarum dici soleant, qui construxerunt eccle-  
 sias, nec sit pro subiecta materia, respuenda hæc  
 interpretatio, ca. 3. vbi Ioan. And. de testa. existi-  
 mandum enim non est, vt mox attigimus, sola  
 fundatione, hoc est, fundi assignatione ius patro-  
 natus quæri. Panor. d. consil. 106. Ne sequatur ab-  
 surdum, quem dici patronum ecclesiæ quæ non-  
 dum est, forteque nunquam est futura. cap. ad au-  
 dientiam, 2. de eccles. edifican. Sed ita, si sequatur  
 operis

- operis extructio, dotatioque, vel ab ipso fundatore, vel ab alijs. Panor. vbi supra. Vndè quod
- 13 præterea diximus ab his † quoq; ius patronatus acquiri, qui de Episcop. cōsensu, d. §. i. vt nul. fab. suis impendijs & sumptibus, in assignato fundo, ecclesiam ædificant: cap. monasterium, 16. qu. 7. gloss. d. ca. piæ mentis. accipiendum est, si ipsi aut alij congruam ecclesiæ dotem assignent. gloss. ca. quicunque, 16. quæst. 7. Ex qua dotatione acquiri quoque constat ius patronatus. ca. filius, 16. qu. 7.
- 14 gloss. d. piæ mentis. Non † tantum vni sed etiam (si plures dotem constituerint) pluribus. cap. ad audientiam, 1. vbi Panor. 3. not. de eccles. ædific. Et ijs quidem æqualiter, licet alij alijs minus contulerint. gloss. in sum. 63. dist. Quod & in fundatione, constructioneq; obseruandum est. Panor. in rubr. de iur. patron. ad fi. Cùm autem masculinus sermo foemininum contineat, l. si quis, ff. de iuris. l. i. ff. de verbor. sign. dubium non est, quin
- 15 † hoc ius præsentandi foemina quoq; acquirere possit. c. fi. de concess. præb. cap. ex literis & vtroutrouque, Panor. de iur. patron. Ampliusque traditum est, vt si maritus (cui villa fortè in dotè data fuit, in qua est ius patronat<sup>o</sup>) & vxor in p̄sentâdo dissensu præsentatus ab vxore, præferatur. Rot. 422. in no. Licet enim maritus, † tanq̄ rei dotalis dominus, l. doce ancillã, C. de rei ven. si nõ contradicat vxor præsentare possit: Rot. vbi supra, d. ca. fi. quia tamen vxor naturalis est, & vera dotis domina, l. in rebus, C. de iur. dot. imaginariũque duntaxat dominium maritus habet, d. l. dote ancillam, nec eidem rei dotalis administratio, fructusque, nisi propter onera matrimonij conceduntur: l. si pater mulieris, in fin. ff. de iur. dot. cap. salubriter, de vsur. fructum autem quo
- nuptia-

nuptiarum oneribus succurratur, ex præsentatione non potest maritus consequi: probabilius videtur, vxori hoc ius præsentandi conseruare. Rot.d.qu.422. Nec t̄ dissimile est, inquit, quod 17  
de pupillo, tutoreque, legimus, vt præsentatus à pupillo, septennium egresso præferatur præsentato per tutorem. gloss. & Gemi. in cap.ex eo, de elect.in 6. Verùm hic casus propter lubricum ætatis, l.cum prætor, §.pen.ff. de iudic. §.præterea quib.non est permiss.dubitabilior mihi videtur. Fred. consil.43. Quapropter in eo, amplius deliberandum reor.

Porro autem præsentari debet clericus idoneus, hoc est, ipsi Episcopo offerri, & exhiberi. Panor.cap.cum parati, de appell. Vndè de t̄ ab- 18  
sente non iure fit præsentatio, gloss.Cle.dudum, §.statuimus, de sepult. nisi fortè perspecta esset, & cognita Episcopo qualitas absentis clerici. Panorm.cap.ea noscitur, de ijs quæ fi.à prælat. cum enim rei demonstratæ frustra adijciatur demonstratio: l. i. ff. de in integr.resti. nihil prohibet, quominus possit præsentari clericus absens, cuius qualitates superior notas habet, Panor. di.c. ea noscitur. nam ea ratione video, absentem posse conferri beneficium, cap accedens, de præb.cap. si tibi absentem. eod.tit. in 6. Sed an pater t̄ filium 19  
præsentare possit, plerique dubitant: cum patronus seipsum non præsentet. ca.per nostras, de iur.patron. Et Iustinian. dicat vocem patris, tanquam vocem filij esse. §.ei verò, de inut. stipulat. alioque loco patrem & filium eadem personam penè esse. l.fin.C.de impub. Et rursus alibi, filiū esse partem quodammodo corporis paterni. Vt vbi sit pater, videatur & filius esse. l.cum scimus, de agr.& cen. li.ii.C. Deinde quoniam quicquid  
L acqui-

acquirit l. i. ff. si à parent. filius, patri quærit etiam hodie saltem respectu vsusfructus. l. cum oportet, & l. fin. C. de bon. quæ lib. Verùm contraria sententia, & meritò obtinuit. gloss. & Panor. in cap. consuluit, de iur. patron. Cùm ex Pomponij sententia, Vlpian. l. illud, ff. quod cuiusque vniuers. responderit, suffragium patris,

20 filio prodesse, & econtra. Quod autem † pater eadem persona cum filio intelligatur, humana legis interpretatione, & per fictionem, nō etiam secundum veritatem, constitutum est. d. l. fin. & dict. l. cum scimus. At nos veritatem in spiritualibus, magis quàm fictionem, sequimur. Arch.

21 cap. vn. de vot. in 6. In quibus etiam † vim patrię potestatis non attendimus. Atque ideo nihil acquirit patri, sed totum sibi filius vendicat. ca. fin. de iudic. in 6. Huius ergo iuris patronatus, quo de agimus, hæc est vis & potestas, vt ius habeat patronus præsentandi & offerendi clericū, quem

22 præesse Ecclesię velit, sicuti enim † collatio fructus est Episcopatus gloss. cap. cum olim, de maior. & obedi. & electio, fructus † canonicatus:

23 Innocen. cap. literis, de restit. spol. ita præsentatio, † fructus & effectus, iuris patronatus. gloss.

24 cap. cum Bertholdus, de re iudic. Vndè non potest † alium Episcopus, spreto patrono, institue-

25 re, cap. illud, in fin. de iur. patron. procedensque de facto, absque patroni consensu institutio nulla est ipso iure. ca. decernimus, 16. quæst. 7. Etiam si credebat Episcopus, alium verum patronum esse, dict. cap. cum Bertholdus, vbi Panorm. num. 13. Patrono tamen conquerente, & institutionem ob sui contemptum impugnantem, Doct. d. ca. cum Bertholdus. potest siquidem patronus, institutioni absque suo consensu, ab Episcopo factæ postmodum

modum consentire. Hostiens. in summa, de iure patron. Sic enim dicimus, consensum † Episcopi, qui in constructione Ecclesie necessarius est: §. i. vt nul. fab. orato. colla. 5. postea interuenire posse. Rota. 873. Ant. Et generaliter proditum legimus, vbi cōsensus alterius requiritur, si non peccat actus in substantia, cap. auditis, de elect. non referre, an præcedat, vel sequatur actum, capit. eura, de iur. patron. in continenti, vel ex intervallo. l. fin. C. ad Macedon. Licet in mandato, l. si verò, §. si post, ff. mandat. iussu, l. si quis mihi, §. iussum, ff. de acquir. hæred. & autoritate diuersum obtinuerit. l. obligari, §. penult. ff. de auth. tut. §. tutor. eod. tit. Qua de re Doctores, Bart. & alij, dict. §. iussum. alibi plenissimè. An autem † habeatur pro consensu, patroni præsentia, & taciturnitas quæstionis est? Et nisi intercessissent actus, tacitè approbatiui collationis, cap. ex ore, de ijs quæ fiunt à maior. plerique putant, Felin. post multos, cap. cum Bertholdus, col. 4. de re iudic. patronum non videri consentire, sed magis contradicere. l. penult. ff. de furt. Cùm inuitus, & repugnans, in damnosis dicatur, non tantum qui contradicit, sed etiã qui consensisse non probatur. l. filiusfamil. §. inuitus, ff. de procura. l. qui vas, §. vetare, ff. de furt. Consensisse autem non videtur patronus, & si sciente eo beneficium alteri contulerit Episcopus, cum nemo iuri suo renuntiasse censeatur. l. cum de indebito, ff. de probat. cap. super hoc, de renuntiat. Et ideo potius verisimile sit passum patronum se præsentem, conferri beneficium, ex pudore quodam, & magna verecundia. dict. l. penult. de furt. Quod præsertim sciret, vsque ad quadrimestrè, vel semestrè tempus, cap. vn. §. verum, de iur. patron. in 6. con-



- 28 tradicendi ius sibi saluum esse. l. sicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. sol. Ego verò t̄ contra, nam præterquam quod dici solet scientiam & patientiam eius qui prohibere potest, haberi pro consensu: l. sæpè, ff. de re iudic. l. Labeo cum vul. ff. de aqua plu. tractamus hîc de actu publicè utili: nempè, vt celerrimè vacanti Ecclesiæ prouideatur. cap. ne pro defectu, de elect. Non solum autem, quoties de commodis agitur, tacens habetur pro consentiente: l. qui patitur, ff. manda. gloss. cap. sicut, de elect. in 6. sed etiam vbi tacentis damnum versatur, si materia fauorabilis sit Reipublicæ, is videtur consensisse, qui nominatim non contradixit, l. 2. §. 1. ff. ad municip. l. 1. de filijsfam. libr. 10. C. nec ob verecundiam, aut nimiam Episcopi reuerentiam, l. ad inuidiam, C. de ijs quæ vi, metu sive. caus. fin. patronus præsumitur in dubio tacuisse, nisi alia probentur, Bart. l. 1. §. quæ onerandæ, ff. qua. re. act. aut non tacendo, irrogaretur superiori infamia. dict. l. penult. ff. de furt. Verum enim verò, quod diximus Episcopum non posse, sine patroni consensu, conferre beneficium, cap. illud, de iur. patro. cap. decernimus, 16. quæst. 7. Doctor. intellexerunt, Rot. 23. in not. Felin. cap. cum Berthol. colum. 5. de re iud. in collatione voluntaria, nō etiam in necessaria.
- 29 Vt quæ sit, ex causa permutationis t̄ cui dicunt, Clem. vn. de rer. permut. Episcopum posse authorari, patrono etiam non vocato. Ego verò, in effectu parum discriminis esse video, quandoquidem omnes admittunt, patrono contradicente, & de contemptu postmodum agente, retractandam permutationem. Fred. tract. permut. quæst. 30. Imol. cap. fin. de rer. permut. Felin. dict. capit. cum Bertholdus. Sunt & alij certiores quidem casus,

casus, quibus facta sine patroni præsentatione, institutio cõsistit. Veluti si patronus, † intra præ- 30  
 finitum à lege, cap. vn. §. verùm, de iur. patronat.  
 tempus in præsentando negligens fuerit. capit. 2.  
 de sup. negl. prælat. quo casu potestas conferendi  
 deuoluitur ad Episcopum, dict. cap. 2. Panormit.  
 dict. cap. illud, de iur. patron. aut alium, ad quem  
 ius instituendi pertinet, etiam Episcopo inferio-  
 rem. gloss. Clem. vn. de supp. negl. Panor. cap. 2.  
 in fin. de concess. præbend. Idemque † si scienter 31  
 indignum, patronus præsentauerit. §. si quis ora-  
 torij, de sanctiss. episcop. collat. 9. Paria namque  
 videntur, nullum offerre, vel minus idoneum. ca.  
 2. §. sed neque, de translat. episcop. Et si iure com-  
 muni, collationem, aut electionem habentes, ob  
 illam causam iure suo priuantur. ca. cum in cun-  
 ctis, §. fin. de election. quanto magis patroni, l.  
 eius militis, §. si militia, ff. de testa. milit. quibus  
 ex priuilegio, & gratia præsentandi facultas com-  
 petit, capit. quod autem, de iure patron. qui que  
 scienter indignum offerendo, prærogatiuam præ-  
 sentandi amittere merentur, concessa sibi pote-  
 state, temerè abutentes, cap. gratum, de postula.  
 præl. c. priuilegium. ii. q. 3. laicis tamen propter  
 eorum (vt puto) ignorantiam, Innoc. ca. propo-  
 suit, de fil. presbyt. pepercisse visus est Roman.  
 pontif. capit. cum vos, vbi gloss. de offic. ordina.  
 constituens, cum minus idoneam personam lai-  
 cus præsentat, debere Episcopum, Ecclesie va-  
 canti, œconomum duntaxat præponere. Denique  
 † quoniam Papa in beneficijs plenissimam pote- 32  
 statem, atque ideo omnem habere se profitetur:  
 cap. 1. de presbyt. in 6. Clem. 1. in fin. vt lit. pend.  
 dubium non est, quin vires habeat facta ab eo col-  
 latio, spreto etiam laico patrono, gloss. Cle. per  
 literas,

- literas, de præb. Panor. cap. 3. & ca. cum dilectus, de iure patron. modò de patronatu laici in literis mentio fiat. gloss. §. cæterùm, in proœm. pragm. Panor. dict. cap. cum dilectus. Hanc quippè præsentandi facultatem patronis, ius positivum ut sæpè diximus, gratiosè concessit: cap. quod autem, de iure patronat. cui legi summus pontifex non subiacet. cap. proposuit, de concess. præben.
- 33 Cæterùm, † non eadem autoritate reliqui funguntur, Archid. ca. hortamur, 71. dist. gloss. dict. Clemen. per literas. quamvis à latere legati: qui beneficia clericorum patronata, non item laicorum, conferunt. dict. cap. cum dilectus, ubi gloss. dict. Clemen. per literas. Ne laicos ab ecclesiasticis foundationibus retrahi contingat. glo. c. cum dilectus. Quæ ratio cum in iure patronatus præscriptione, aut priuilegio quæsito cesset, receptum est, legatum Cardinalem ei derogare posse. Panor. in cap. dilectus, in fin. de offic. leg. Card. dict. Clement. per literas, 3. quæst. Sanè verò non præsumitur † Vnquam Papa concessis à se literis iuri patroni laici derogare velle, nisi de eius voluntate constet euidenter. Lap. allegat. 96. Vndè nec sub gratia, mandatove, quantumvis generali patronata laicorum beneficia comprehenduntur, cap. dilectus. 3. de præben. gloss. dict. §. cæterùm. nisi tale ius, præscriptione, priuilegio, aut consuetudine laici quæsuisent. Casiod. decis. 4. de iure patronat. Ratione quam mox diximus. Quæ omnia diffusius Felin. alibi pertract. Felin. in tract. quando lit. Apost. præiud. patron. eccles.
- 35 Et hæc † sunt, quæ de iure patronatus attingere mihi placuit: non ignarus, alia multa congeri potuisse, quæ cum non valdè necessaria putem, ab alijsque diffusè tractentur, hîc repetenda non duxi.

dux. Et prædictis autem omnibus, quãtuliscun-  
que explicitus nobis videtur beneficiorum tra-  
ctatus: suis utcunque numeris, ac partibus, sibi  
constans. Quo cum iuris studiosis aliqua ex parte  
satis fecisse nobis videamur, in vigiliarum no-  
strarum gratiam illud Virgilianum intorquere  
non grauabimur. Hæc nostra interpretatio, hæc  
in vniuersum Beneficiorum Tractatum cùm bre-  
uis, tum luculenta explanatio.


*Collectas que fugat nubes, solemque reducit.*


*Ioannes Corasius Tolosus Valentia 19.*


*Decembr, 1547.*











Th

4837